

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

In II. III. IV. Præceptum De Juramentis, Votis, Observatione Festorum, & Jejuniorum, ac obligatione Pietatis & Observantiæ erga Majores: Charitate & Misericordia erga proximum. Pars III.

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Caput I. De Juramentis, & Perjuriis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60022](#)

C A P U T I.**De Juramentis, & Perjuriis.****S E C T I O I.*****Juramentum quid, & quotuplex?*****S U M M A R I U M.**

1. *Juramenti definitio.*
2. *Essentialiter tria requirit I. ut fiat per Deum verum tantum:*
3. *II. cum voluntate invocandi Deum in testem:*
4. *III. petitione testimonii divini.*
5. *Juramenta explicita quae?*
6. *Eorum formule ambiguae, praesertim Germanis usitatae.*
7. *Juramenta implicita, &c.*
8. *Quae eorum formule ambiguae, Germanis usitatissimae?*
9. *In quibus juramento, per quemque verba expresso, in foro conscientiae semper attendenda est intentio jurantis.*
10. *Juramentum assertorium quid?*
11. *Quid, & quotuplex juramentum promissorium?*
12. *Quae dicantur juramenta simplicia, &*
13. *Quae execratoria.*
14. *Item quae dicantur juramenta solemnia: &*
15. *Quae judiciales.*
16. *Juramentum suppletorium aliud necessarium, aliud voluntarium.*

Juramentum rectè definitur: *Invocatio Divini Nominis in testimonium veritatis: adeoque tria essentialiter requirit: ut fiat per Deum verum tantum, cum vera voluntate invocandi Deum in Testem, & petitione testimonii Divini. Certum apud omnes. Explico breviter.*

Invocatio Divini Nominis.

Definitio tradita à D. Aug. Lib. de Serm. Domini in monte c. 17. optimè explicata à D. Th. 2. 2. q. 89. a. 1. ab omnibus recepta. Unde dictum est juramentum à *jure*, quod scilicet id, quod juramento & testimonio ipsius Dei invocato asseritur, vel promittitur, omni Jure pro vero, aut instar firmissimi juris, vel decreti haberi debeat; quare & jusjurandum dici solet. De quo Cicero lib. 3. de officiis ait: *Nullum vinculum ad strigendam fidem jurejurando arctius Majores esse voluerunt*, Etiam vocatur Sacramentum, quod sit sacra quædam, & religiola affirmatio, vel testimonium ipsius Dei, vel sacræ rei. Unde explicatius ex Covar. & Azario definit Filliuc. hic tract. 25. c. 2. *Juramentum est affirmatio, vel negatio rei sacræ attestatione firmata ad fidem faciendam, vel promissionem firmandam:* per rem sacram scilicet intelligendo & ipsum Deum, & alias res Deo sacras, vel quatenus in eis relucet Deus, seu quatenus sunt aliquid Dei, ut mox patebit amplius. Nunc conditiones tequistæ explicandæ sunt.

§. II.

Per Deum verum tantum.

Ad veram essentialem rationem juramenti ante omnia requiritur, ut fiat per Deum verū tantum, directè scilicet, vel indirectè, cùm sit invocatio Divini Testimonii, idque indicatur Deut. 6. *Dominum Deum tuū timebis, & illi soli servies,* ac

per

Sect. I. Quid, & quotplex sit Juramentum. 9

per nomen illius jurabis. Ratio est: quia juramentum inventum est ad confirmandam veritatem, quatenus fieri potest testimonio firmissimo & infallibili: atqui solius Dei testimonium potest esse, & est firmissimum & infallibile: ergo, &c. Cùm enim omnis juramenti finis & effectus sit confirmatio rei dubiæ & controversæ, teste Apostolo Hebr. 6. *Omnis controversæ finis, ad confirmationem, est juramentum;* actiones vero, & pacta hominum sæpè sint incertæ veritatis, nec per necessariam rationem probari possint, ideo necessè fuit recurrere ad testes. Humanum porrò testimonium, cùm non sit simpliciter sufficiens ad indubitatem, certamque confirmationem, tum defectu cognitionis, quia decipi & falli homines possunt; tum defectu fidelitatis, & veritatis, quia mentiri & fallere possunt: Quarè necessarium fuit, & est, ad certam & indubitatam confirmationem rei dubiæ, vel controversæ recurrere ad testimonium ipsius Dei, qui nec falli potest; cùm nihil eum lateat, ut rectè discurrit D. Th. cit. Quare blasphemum, & idololatricum omnino est jurare, aut apertè per falsos Deos, ut potè per Jovem, Mahometem, &c. aut per ullam creaturam absolutè, & absque relatione ad Deum. At quid si quis jurasset per hæc Sancta Evangelia, postea deprehendisset non esse librum Evangeliorum, sed fortè vanum, aut omnino ligneum. Hunc vere jurasse; quia intendit per vera Evangelia jurare, ideoque Deum verum in testem invocare: & error ille tantum materialis fuit.

§. III.

*Cum vera voluntate invocandi Deum
in Testem.*

3 **A**D veram essentialem rationem juramenti secundò requiritur animus, seu voluntas jurandi, seu verum Deum in Testem invocandi: non sufficit verba juramentum significantia solum materialiter exterius proferre, tunc enim, nisi doctrinæ, vel joci causâ, aut solum materialiter fiat, erit perjurium, seu juramentum fictum, quod etsi nullam ex virtute Religionis obligationem contineat, interdum tamen ratione scandali, vel damni inde causati, obligare potest: & sic jurans servare compellitur in foro externo, ubi judicatur secundum exteriora. E contrà verò si animus & voluntas jurandi, verumq; Deum in Testem invocandi adsit absq; omni verborum, vel signorum expressione, jam coram Deo verum juramentum est, non secùs ac votum sola mente conceptum, atqui in foro conscientiæ verè obligat, etsi in foro externo utique nulla de hoc possit dari actio. Communis DD. cum Sanch. cit. lib. 3. c. 1. n. 2. Laym. lib. 4. tratt. 3. c. 1. Unde infertur, eum verè jurare, qui voluntatem & animum habens Deum invocandi in Testem, adhibet verba vel signa alias juramenti vim minime habentia, v.g. dicens: *in veritate sic est, hoc faciam*: vel si Christianus cum infideli coram lapide jurans, intentionem non ad lapidem, sed ad Deum referat: quem casum videtur velle D. Aug. serm. c. 28. 12. de verbis Apost. ut notant Sanch. Laym. supra citt.

§. IV.

Et petitione Testimonii Divini.

AD veram rationem juramenti tertio requiri- 4
tur vera, formalis, vel virtualis petitio, vel in-
vocatio Divinitatis testimonii, non quidem absolutè, &
determinatè, ut nimirum Deus veritatē tui dicti ju-
rati actuali aliquo signo hic statim contestetur; hoc
enim esset peccatum tentationis Dei, nisi ex urgen-
tissima causa vel speciali motione Spiritus Sancti
fieret, exemplo nonnullorum etiam Sanctorum;
sed indifferenter, ut nimirum testetur Deus, quo-
modò & quando voluerit, saltem tunc, quando illu-
minabit abscondita tenebrarum, & manifestabit
consilia cordium. I. ad Cor. 4. Non autem sufficit
ad juramentum nuda assertio Divini testimonii, vel
scientiæ, v. g. coram Deo hoc dico: *Deus scit, me*
verum dicere; Deus videt ita esse; Deus mihi testis
est: per modum simplicis assertionis, ut sensus solum
sit quod Deus sit cognitor eorum, quæ dicuntur,
non est juramentum: & si falsum dicatur, non erit
perjurium, sed mendacium, & blasphemia contra
Divinæ scientiæ infallibilitatem. *Communis cum*
Sanch. cit. c. 2.n. 21. Quamvis hi modi loquen-
di sære etiam accipiuntur per modum invoca-
tions, & juramenti. Cæterū potest ejusmodi invoca-
tio Divini testimonii fieri verbo, nutu factio, men-
te tantum: verbo, ut cum quis ore profert: *Jure*
per Deum. Nutu: ut si tibi dicatur: *Juras per*
Deum? & tu capite, vel alio modo annuas. Facto:
ut si tibi offeratur juramentum per Crucem, librum
Evangeliorum, sceptrum, &c. & tu illa tangas,

eo

¶ 2 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

eo ipso, et si nihil proferas verè jurare censeris; idémque evenit, si subscribas scripturæ juramenti formam continentis: tunc enim propria subscriptio ipsissimum est juramentum; at vix nisi in causis gravissimis in usu. Mente: ut si quis intrà animum suum juret aliquid facere, vel ommittere, modo paulò antè suprà dicto §. 3. in fine.

ASSERTIO II.

Juramenta varie dividuntur. 1. In explicita, & implicita. 2. In assertoria, & promissoria. 3. In simplicia, & execratoria. 4. In simplicia, & solemnia: Judicialia, & extra judicialia. Nimis certa, indiget solùm explicatione terminorum.

§. I.

Juramenta explicita

Icuntur, quæ sunt cum directa & expressa invocatione Dei, quando nimis ad ipsum Deum Testem immédiatè recurritur, quod quidem principaliter pendet ab intentione jurantis; deinde etiam ex formula jurandi dñoscitur. Expressæ formulæ jurandi citra controversiam sunt hæc, & similares: *Juro per Deum: Deum testem invoco: Deus mihi testis es.* In Deo, in Christo Jesu, &c. Rom. 9. *Veritatem dico in Christo Jesu,* &c. Expressa etiam satis formula jurandi est, quoties veritas aliqua Fidei adducitur ad confirmandam veritatem nostri dicti illi comparatam: *Quam verè Deus vivit, Jesus, Misericors,* &c. Et usitatissimum illud veterum: *vivit Dominus:* & modò usitatum: *So wahr Gott lebt: So wahr Gott im Himmel ist: So wahr Gott kein Layd thut: So wenig Gott*

GOE nicht lügen kan: So wahr GOE
Mensch worden ic. Ubi notandum, comparati-
onem fieri inter veritatem Divinam & nostram,
non quantitativer, comparando tantam quantitatem
cum tanta, ut sensus esset, tantam esset veritatem &
certitudinem nostri dicti, quanta est certitudo veri-
tatis Divinæ, quod est falsissimum, & blasphemum
foret; sed similitudinariè, & absolutè solum com-
parando verum cum vero, ut sensus sit: si eut ve-
rum est Deum vivere, justum esse, &c. ita suo mo-
do verum est, quod dico: unde tutior est modus di-
cendi: *vivit Deus, vel sicut vivit Deus,* quam
quam verè Deus vivit, &c. Tales formulæ magis
ambiguæ jurandi explicandæ sunt.

I. In primis ambiguæ sunt illæ formulæ juran- 6
di suprà positæ: *Coram Deo dico: Deus scit, vel vi-
det, hoc verum esse: Deus mihi testis est, &c.* Quod
si enim ejusmodi proferantur solum per modum
enuntiationis, ut sensus sit, Deum nosse ea, quæ di-
cuntur, non erunt juramenta, ut jam suprà dixi.
Quod si tamen proferantur per modum invocatio-
nis Divinæ scientiæ, & testimonii, quod clarius pa-
tet, si proferantur in modo optativò, vel imperati-
vo: *coram Deo dictum esto: Deus mihi testis esto:*
Deus sciat hoc. vulgo: Weiß Gott: Gott sei
mein Zeug: sine dubio erunt juramenta, & si male-
fiant, perjuria. Verum in his in primis speanda est
intentio proferentis, an ejusmodi dictis intenderit
Deum invocare in testem: si haec non continet, ju-
dicandum erit ex moribus proferentis; si enim raro,
vel ferè nunquam jurare soleat; aut e contra se pe-

& ordinariè , censebitur respectivè jurare ; vel non jurare talia proferendo : aut ex communis loquendi consuetudine. Et reverè prædicti modi per modum juramenti, & invocationis Divini testimoniij communi consuetudine usurpantur etiam in S. Scriptura. 2. ad Timoth. 2. *Testificor coram Deo, & Christo Jesu. Gal. 1. Ecce cor meum Deo dico, quia non mentior Rom. 1. Testis es mihi Deus. Et alibi. Audi D. Aug. serm. 28. de verb. Apost. Quanta tū ad me pertinet, juro: sed quantum mihi videatur magna necessitate compulsus, &c. cum magno timore dico: coram Deo; aut testis es mihi Deus, aut scit Christus, sic esse in animo meo. Unde prædictos modos absolutè inter juramenta ponunt D. Thom. 2. 2. q. 89. a. 1. ad 3. Azor. Navar. alii. Verum alatum nostrum discrimen inter modum enuntiationis, & invocationis observandum esse, rectè docent, Cajetan. Sotus, Ledesma, Suar. Valent. Less. alii communiter cum Sanch. l. 3. c. 2. n. 30. Denique ipsum verbum *juro* absolutè prolatum , cùm non exprimat per quem, vel quid juretur, juramentum non est nisi proferatur cum animo & voluntate Deum in testi in invocandi, aut ex circumstantiis ea intentio colligatur: ut si cui dicenti: *Juram mihi per Deum vivum;* respondeas: *juro*, optimè verè jurare censeris. Vide Tambur. lib. 3. 'Decal.*

II. Jurare per vitam Dei, & Sanctorum absolutè blasphemum esse, multis allegatis docet Sanch. lib. 2. moral. c. 32. n. 25. Et sine dubio est, si sensus sit execrationis, ut nimis Deus, vel Sanctus talis vitam perdat, vel amittat, si hoc non ita sit: neque salvat.

Sect. I. Quid, & quotuplex sit Juramentum. 15

salvat, si dicatur, sensum mediatum esse: quam chara Deo, vel Sanctis vita sua est, tam verum est quod dico: Hoc enim ipso supponit Deum, vel Sanctos posse amittere vitam suam, vel caput suum; quod ipsum blasphemum est. Contrà tamen non esse blasphemum absolvè cum aliis docet Tamburin, apud Gob. cit. n. 489. eò quod (saltem semper) non sit ille sensus execratorius, sed invocatorius, similis illi, sine dubio legitimo juramento: *Vivit Deus, vivit Dominus.* Id est: sicut verè Deus vivit, sic verum est, quod dico. Quemadmodum etiā si jures per vitam patris tui, te aliquid facturum, cum sensum habes: sicut pater meus vivit, ejusque vita mihi chara est, seu eum vivere volo, & gaudeo, ita certò hoc facere promitto. Denique per Deum jurare secundūm omnes licitum est, & cur non etiā per vitam DEI? aut quæ differentia inter hæc: quam verè Deus est: & quam verè Deus vivit?

III. Jurare per caput, cor, aliáve membra honesta Christi, B. Virginis, & Sanctorum: per vulnera: per Sanguinem Christi, per ubera B. Virginis per ejus Virginitatem, &c. Item per Sacra menta, alias res sacras, si reverenter fiat, & non in sensu execratorio (quod scilicet illa pereant, vel non sint, nisi verum dicas) sed in sensu assertorio, & invocatorio in testimonium veritatis, ut modò suprà, quod nimurum, quam vera illa sunt, tam verum dicas, blasphemum & illicitum per se non est, ut contra alios, diversa sentientes, rectè docet Sanch. cit. n. 29. Sed dixi per membra honesta. Damnatissima enim, & diabolica est blasphemia jurare per inhonesta

mem-

16 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. I.

membra Christi, vel attributa B. Virginis, vel Sanctorum, more Italorum & Gallorum, ut pudeat scribere. Item si quis per ejusmodi juret irrisoriè, vel per modum spernentis, qua ratione illa gravissimè prohibentur utroque Jure. Canonico c. 10. 22. q. 1. Si quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usui fuerit, si in Ordine Ecclesiastico est, deponatur: si Laicus, anathematizetur. Et Civili authenticâ, ut non luxurientur homines. Collat. 6. Ne mojuret per membra Dei, aut alio modo Deum blasphemet: His enim delictis & famis, & terramotus & pestilentia fiunt: precipimus ergo tales comprehendendi, atque ultimis subdi suppliciis. Hæc ibi. Liceat modo exclamare: O tempora! O mores!

IV. Denique quid lentiendum de illis jurandi formulis: non credo Deum, abnego Deum, Deus est injustus, Deus non sit Deus, nisi hoc verum sit, vel nisi hoc fecero? Sanch. eod. c. 32. n. 24. cum aliis absolute eas censet blasphemias, eò quod sensus videatur esse, quod fides mea in Deum, aut de Justitia, aut existentia Dei dependeat à veritate hujus medieti, seu rei, prout ego assero, quod utique blasphemum esset. Gobat hic cas. 15. n. 485. censet esse blasphemiam in ima tartara detrudendam. Contra tamen Salazar. aliquique cum Tamb. cit. ibid. censent non esse blasphemias: Non est enim ille sensus allatus, sed potius iste: Sicut est mihi certum ex Dei gratia, me non recessurum à Fide vera, ita certum est, quod assero. Et sicut certum mihi est: Deum non posse esse injustum, aut non esse Deum; ita

certo nega.
tudir
si non
me
elto.

S
dem
& in
num
tia sp
quid
voca
virtu
Cuj
los,
Deo
in q
sic v
pert
B.V
fecti
refer
virtu
virtu
es t
certi

Sect. I. Quid, & quoniam sit Juramentum. 17

certo statuo hoc facere; non ergo talis offert se ad negandam Fidem, si res non ita sit, sed potius certitudinem suæ fidei astrui hac ratione: *Nego Fidem,* si non ita sit, atqui per gratiam Dei certum habeo, me Fidem non negaturum: & hoc ergo certum elto.

§. II.

Juramenta implicita,

Seu cum indirectâ solūm invocatione Dei in testem, sunt, cùm juratur per creaturas, non quidem absolutè secundum se spectatas, sed respectivè & in Deum relatas, quatenus nimirum in eis divinum Numen, divina Majestas, Potentia, Sapientia specialiter elucet, & verbo: quatenus sunt aliquid Dei; sic enim jurando, & in testimonium invocando creaturas Dei, implicitè, & indirectè ac virtualiter invocatur ipse Deus, ut manifestum est: Cujusmodi sunt juramenta. I. Per beatos Angelos, & Sanctos Dei, quatenus Beati, gratiâ & gloriâ Deo uniti sunt, tanquam amici & domestici Dei, in quibus divina Majestas perfectissimè elucet, & sic vere juramentum erit ad virtutem Religionis pertinens. Quòd si quis juret per Angelos, Sanctos, B. Virginem absolutè secundum suam creatam perfectionem & excellentiam gratiæ & gloriæ, non referendo ad Deum, non esset verum juramentum virtutis Religionis, esset tamen sacra contestatio virtutis Duliæ; neq; adducerentur illi ut infallibilis testes ex se, sed aliunde, nempe à Deo, quem

THEOL. MORAL. PARS III. B

intui-

intuitivè vident, & in eo omnia ad se pertinentia consequenter etiam obligatio orta ex tali juramento, & perjurium factum, non ad virtutem Religio-
nis, sed Duliæ pertinaret, ut rectè notat Sanch. cit.
lib. 3. c. 2. n. 9. 2. Juramentum per quasvis rès
sacras Deo specialiter condecoratas, ut per Crucem
Christi, per Sacra menta, per sacram Scripturam,
per Evangelia. c. quoties cordis. 1. q. 7. Quippè in
quibus infallibilis Dei veritas nobis manifestata
continetur. Item per sacras Reliquias, Sanctorum
sepulchra tacta, quatenus ad ipsum Dcum referun-
tur juxta paulò ante dicta. 3. Juramentum etiam
per creaturas irrationales, specialiter tamen excel-
lentes, & in quibus divinum Numē specialiter elu-
ceat, vel resideat, ut per cœlum, & terram, per Ele-
menta Dei. Sicut juravit Moyses Deut. 3. & 4. Testes
invoco cœlum & terram. Et Christus apud Matth.
c. 5. prohibens supervacanea juramenta dicit: non
jurandum per cœlum, quia thronus Dei est; neque
per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque
per Hierosolymam, quia est civitas magni Regis. Et
Matth. 23. Quicunque juraverit in templo, jurat
in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Et qui jurat in
cœlo, jurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super
eum, videlicet potentiam suam clariùs demonstran-
do. Quòd si quis jureret per creaturas ignobiles &
viles in testimonium inductas, censembitur juramen-
tum jocosum, seu illusorium: ut, juro per has pa-
leas, teste Navar. c. 12. n. 5. Nisi alia esset jurantis
intentio, vel expresse addatur relatio ad Deum, ut
Juro per hunc ignem Dei: Quia sic Deus invocatur
condi-



I.
nentia
ramen-
eligo-
ch. cit-
vis rès
Crucem
utam,
ippè in
festata
torum
ferum-
etiam
excel-
er elu-
er Ele-
Testes
Matth.
it: non
nequo
neque
gis. Et
jurat
rat in
super
stran-
iles &
amen-
as pa-
urantis
m, ut
ocatur
condi-
Sect. I. Quid, & quotuplex sit Juramentum. 19

conditor ejus, ait Sylv. V. *juramentum I. q. 4.*
Sanch. lib. 3. c. 2. n. 10. 4. Juratur etiam per
creaturas Dei per execrationes invocando scilicet
Deum, ut judicium suum, vel vindictam in nos ip-
sos, vel alias creature ad nos pertinentes speciali-
ter exerceat, nisi verum sit, quod dicimus; ut *Deus*
me puniat, &c. De his vero infra. Non ergo ju-
ramentum, sed blasphemia est, & idolatria jura-
re per illas creature, absolutè tanquam infalibilis
testes veritatis, & constituendo in eis finem jura-
menti; blasphemia quidem ex parte intellectus, per-
fectionem Deo propriam, scilicet infallibilem veri-
tatem, tribuendo creature, idolatria vero expar-
te voluntatis, hoc ipso facto Divinum quendam
cultum creature defерendo: idque multò maximè
verum est de juramentis per ipsos falsos deos, vel
idola: atque hac ratione in Jure Canonico diversis
locis etiam sub excommunicatione prohibetur fi-
delibus jurare per creature, nimis ut recte ex-
plicant *Suar. Sanch. alii*: tanquam Deos more gen-
tium. Unde tale juramentum ex virtute Religionis
nullā prorsū obligationem parit per se loquendo,
sed tantum per accidens ob erroneam conscienti-
am, quod potest se jurare per aliquem verum
Deum; quo errore deposito, cessabit obligatio ju-
ramenti ex virtute Religionis, etsi in ejusmodi pa-
ctis juratis, alias honestis & licitis, possit manere
obligatio iustitiae & veritatis, ut ex communi do-
cent *Laym. Sanch. alii* contra Innoc. Abbt. & alios
Canonistas in c. *Et si Christus, jurejurando, ubi*
ajunt, etiam Christianum per falsos deos jurantem

B 2

ju-



juramento obligari : falsum est, nisi accedat conscientia erronea juris vel facti. Cæterum rursus h[ab]it
explicandæ sunt aliquot

Juramenti formula ambigua.

I. **Q**uid censendum de usitatissima Germanorum formula jurandi : Auf mein Ahd / bei
meinem Ahd / quasi dicant : *per meum juramentum*, aut : *volo dictum meum juramentum esse*.
Tractat solus , quem sciam , Germanus Doctor Laym. Lib. 4. tract. 3. c. 2. Et post ipsum Gobat
cit. cas. 15. n. 488. atque ita resolvunt I. Ea verbi
esse sine dubio juramenta , si quis ea proferat animo & intentione per illa jurandi ; quia ad verum
juramentum , si animus & intentio jurandi adsit
sufficit solum verbum *juro* ut suprà dictum : plus
autem est dicere : Auf mein Ahd. II. Etiam sine
dubio erit verum juramentum , quando ea verbis
exiguntur, & proferuntur in foro judiciali: ut quando
Judex dicit : *Schwere/ sag/oder gelobe an au*
dein Ahd/ id est : jura, dicas, vel promittas ju
ratus ; si alter annuat, & dicat , omnino censem
tur jurare : Quia hæc est Judicis intentio veterum
juramentum exigentis , juxta regulam traditum
Sanch. lib. 3. de juram.c. 2.n.4.III. Ea verba etiam
in fulgari sermone extra Judicium, si deliberatè &
seriò proferantur , plerumque juramentum con
nent , quia juxtra aliam regulam traditam à Sanc
cit. n. I. ad juramentum sufficit, velle usurpare ve
ba eo sensu, quo communī aliorum jurantium con

suet
Ger
illa
ergc
& si
usur
coru
ram
sit,
hab
quo
an a
cut
acce
fit sig
ta no
fed se
cit.
II
& he
mun
tio e
qnan
des,
loqu
invoc
eset
Caje
boc f
quit
ceret
sue

I.
confi-
sus hi-
ermono-
d / be-
ramen-
n esse
Doctor
Goba
a verbi
rat ani-
verum
i adsit
n: plu-
am sine
ea verbi
nt quan-
e an au-
ttas ju-
censebi
o verur
ditum
oa etian
eratē &
m cont
à Sanct
pare ve
um con-
sue
B. 3

Sect. I. Quid, & quoniam sit Juramentum. 21

suetudine usurpari solent: atqui communis apud Germanos consuetudo est, maximè in judiciis, ut illa formula verborum pro juramento usurpetur; ergò deliberatè & seriò ea proferens verè jurasse, & si falsò, pejurasse, præsumendus est, nisi de alis usurpantibus intentione constet. Nam IV. Sensuorum verborum: Auff mein Ahd / potest esse: tam certè esto dictum & promissum, ac si juratum sit, adeò ut non adsit intentio actu jurandi, sed habendi dictum, vel promissum instar juramenti, quo sensu etiam quandoque exigi solet: Gelobe an an Ahd Statt / & tunc non est juramentum; sicut secretum extra confessionem commissum, & acceptatum, instar sigilli sacramentalis, reipsā non sit sigillum sacramentale, ac proinde talia juramenta non inducunt obligationem Virtutis Religionis, sed solùm fidelitatis & justitiæ. Ita ferè Layman. cit.

II. Formulæ jurandí per interpositionem fidei & honoris, non sunt juramentum, secundum communem DD. apud Sanch. contra Canonistas. Ratio est: Quia hic non intelligitur Fides divina, per quam sine dubio verè juratur, sed intelligitur fides, vel fidelitas humana, quæ ex vi verborum vel loquendi consuetudine nec ad Deum refertur, nec invocationem divini testimonii continent, nisi talis esset proferentis expressa intentio, prout explicat Cajet. cit. dicens: *Qui enim dicit, per fidem meam hoc faciam, non de fide Theologica, sed moralis loquitur, hoc est, fidelitate, & perinde est, ac si diceret: ita hoc faciam, sicut fidelis sum, aut haberim*

volo;

volo; se ipsum ergo offert in testem, non Deum; Sicut Reges promittentes in fidere regia non jurant, sed priam excellentem dignitatem adferunt ad confirmationem. Hæc Cajetanus. Similiter ergo neque juramentum erit dicere per fidem suam cum quo cunque addito excellentiæ humanæ; ut apud Nobiles: bey unsern Adelichen Ehren und Treu. Apud milites: bey Cavaliers Glauben. Apud Magnates bey unsern Königlichen / Fürstlichen / Gräfl. et Treuen; Quia licet ejusmodi juramenta non sint nec ex Virtute Religionis obligent, obligant tamen ex Virtute Fidelitatis, aut Justitiae, & eò gravius, quod major excellentiæ fides interponitur; & quod personam Principes, ac illustres in foro externo tanquam juramenta accipiuntur. Idem dicendum de juramento in fide, vel per fidem boni Christiani Religiosi, Sacerdotis; Quia nec ibi intelligitur similiter Fides divina Christiana, quam Christianus Religiosus, Sacerdos profitetur, sed fides moralis ac fidelitas, quæ maximè deceat Christianum, Religiosum, Sacerdotem, ut cum aliis docet Sanctus cit. c. 2. n. 32. Idemque dicendum de omnibus milibus per fidem jurandi formulis, sive per modum attestationis: ut, quam verè sum honestus fidelis, nobilis. Christianus, Religiosus, Sacerdos &c. Sive per modum execrationis: ut, non sum honestus, nobilis, Christianus, Sacerdos; sim, vel habeo perfidus, hæreticus, &c. Non enim est verba execratio, vel invocatio divini judicij ad hæc, sed est solum permisso: quasi dicatur: Habeas me propter

tali, nisi verum sit, quod dico. Sicut non esset juramentum, si dicas alteri: Occide me, nasum, ambas aures detrunca, nisi verum dicam.

III. Formula jurandi per interpositionem Fidei Sacerdotalis, seu per fidem, dignitatem, consecrationem sacerdotalem, &c. magis ambigua est. Et siquidem per illa juretur ut ad Deum relata, quatenus scilicet ad Dei ministerium specialiter spectant, absque dubio erit verum juramentum; quod si vero juretur per illa absolute, quatenus talem dignitatem creatam humanam constituunt, absolute dicendum, non esse vera juramenta cum Theologis: quin ipsum Jus Canonicum expressè à juramento distinguit, prohibens Episcopos & Presbyteros passim more laicorum jurare. c. si quis Presbyter 2. q. 4. Laicus (quo cum Presbyter controv-
siam habet) per juramentum si necesse sit, se purget: Presbyter vero vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur: quia Sacerdotes ex levi causa jurare non debent. Manus enim, per quam Corpus & Sanguis Christi conficitur, juramento pol-
luatur? ab sit. Ubi expressè dicitur interrogationem per consecrationem non esse exactiōē juramenti propriè dicti: Est ergo exactio fidei præstandæ vel veritatis dicendæ. sicut Sacerdotem consecratum decet, bei ihren Geistlichen Bürden und Ehren. Nihilominus tamen utrinque vim aliquam Religionis, aut saltem majoris obligationis tribuit, quam sit fidei merè humanæ, ut c. ad aures de his, quae sunt, ubi decernitur, ut electio ob laicorum terorem facta irrita censeatur, nisi juramento,

vel fide interposita confirmata sit. Vide Layma
cit.

IV. Formula illa jurandi : *In veritati sic est*, no
est juramentum, secundum communem DD. cū
Est enim simplex assertio, seu protestatio homini
vera loquentis, sicuti si dicas: Verè res ita se habe
uti narro. Aliud, & maximè juramentum esset,
vel expressè addarur, vel intelligatur veritas divin
ut in veritate Dei; in veritate Christi. Aut si ex co
scientia erronea aliquis ea verba, vel alia æquè ve
juramenta continere crederet. Similiter nec ju
mentum continet per se illa formula : *In conscie
tia mea, per conscientiam meam, &c.* si sensus
lum sit, hoc, quod dico, sentio in conscientia mea
dictat mihi mea conscientia. *Sot. Ledesma, Le
Sanch. cit.* At verò jurare per animam, vel in an
mam, vulgò: *Auf mein Seel/ bey meiner Se
vi* verborum ordinariè est verum juramentum: a
enīm juratur per modum attestationis per animam
quatenus est perfecta creatura Dei, in quā speciali
simè divinum Numen atque imago Sanctissimæ
Trinitatis elucet, & sic est verum juramentum cui
indirecta invocatione divini testimonii: aut jurat
per modum execrationis per animam, ut sensus si
pereat anima mea, nisi verum sit, & sic iterum e
juramentum execratorum, & implicita invocatio
divini judicii in testimonium veritatis. Ita po
Baldus & alios Sanch. c. 32. n. 29. Jurare autem i
animam, vel super animam specialem modum ex
ecrationis exprimit, nimirum: nisi hoc verum sit,

I. *Sect. I. Quid, & quotplex sit Juramentum. 25*

super animam meam, anima mea Deo respondeat,
satisfaciat, luat: & rursus est eadem ratio juramenti
& invocationis divini judicii in testimonium veri-
tatis. In quibus tamen omnibus requiritur delibe-
ratio, & voluntas jurandi juxta dicta à principio;
his enim formulis passim utuntur homines ex mala
consuetudine, joco, levitate mera loquacitate abs-
que ulla cogitatione juramenti. Insuper quia in
praxi sèpè difficile est discernere, an tales formulæ
verum juramentum contineant, ipsæ formulæ cùm
innumeræ & diversissimæ sint, ideo pro Con-
fessariis statuuntur utiliter aliquot universales &
claræ

R E G U L Æ.

I. **P**Er quæcunque verba etiam expressum jura-
mentum continentia juretur, in foro conscientiæ
omnino semper attendenda est mens & in-
tentio jurandi, ad dignoscendum, an verè juraverit,
nec ne. Aut enim positivè quis intendit invocare
Deum in testem, aut positivè noluit invocare
Deum, aut negativè se habens, vel ignorans præ-
scindit ab invocatione Dei. Si *primum*: certum
semper est juramentum; Si *secundum*: certò non
est juramentum in foro conscientiæ, sed tantum
mendacium, si falsum sic asseruit. Si *tertium*: ite-
rūm non est juramentum: quia eò ipso Deus non
invocatur, ut testis, alioquin semper jurarent, &
sæpissimè perjurarent, qui ad singula ferè verba ef-
futiunt illud suum: *Per Deum: per Sacramentum*
&c. Unde Confessarius audiens pœnitentem falsò
jurasse se accusantem, non statim pejurasse censere
debet,

B 5

26 Tratt. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

debet, sed interrogare, an intenderit Deum invoca-
re in testem, & quidem falsitatis; & longè sēpissi-
mē deprehendet, non fuisse perjuria, sed tantū
mendacia ex materiā suā dijudicanda, aliquando
officiosa, aliquando jocosa, & sic venialia; aliquan-
do pernicioſa in nōcumentum tertii, eaque ex go-
nere suo mortalia. Loquimur in foro conscientiā
nam in foro externo judicantur secundūm allegau-
& probata.

II. Qui verba verum juramentum non signifi-
cantia, v. g. *verē*, *in veritate*, *per fidem meam*
&c. profert, attamen per illa intenderet verē jurare
& verum juramentum facere, utique verum jura-
mentum faciet in foro conscientiæ, dummodo i-
sciat, quid sit jurare, nimirūm ipsum Deum in te-
stem sui dicti, vel promissi invocare, si enim i-
sciens intendat verē jurare, implicitē saltem jan-
vult jurare, & defacto invocat Deum in testem,
etsi id verba expressè non significant; at verò si ta-
lis nesciat, quid sit jurare, prout sēpissimē nesciunt
rudiores, rustici, pueri &c. non efficitur jura-
mentum. Ratio manifesta est; quia essentia jura-
mentū non potest consistere sine aliqua invocatione Di-
vini Nominis in testem; Atqui hīc nulla est invoca-
tio Divini Nominis in testem; non ex vi verborum,
ut supponitur; neque ex intentione proferentis
qui enim ignorat, jurando invocari Deum in te-
stem, quomodo potest velle Deum invocare: cū
nihil sit volitum, nisi cognitum?

III. Qui jurat per creaturas; aut sīstit in crea-
turis tanquam testib⁹ infallibilibus; sic blasphem-
mia

Sed. I. Quid, & quotuplex sit Juramentum. 27

mia est , non juramentum , ut dictum ; aut sicut iu-
creatura tanquam teste veritatis , sed fallibili , & sic
testimonium tantum est , non Juramentum , quia
sic nullo modo , nec implicitè , invocatur Deus : aut
non sicut in creatura , sed ulterius tendit in Deum ,
atque illas ut aliquid Dei , in quo majestas Dei spe-
cialiter elucet , in testes veritatis invocat ; & jam
verum juramentum est , ut ex predictis constat.
Ad hoc autem discernendum , alia traditur Re-
gula .

IV. Quoties juratur per aliquam creaturam ,
quæ aliquam insignem habet dignitatem & excel-
lentiam à Deo , & in qua peculiari quodam modo
in nobis excitatur memoria Dei , vel attributorum
eius , tunc fit relatio ad Deum , adeoque verum
est juramentum , secùs si non ita . Vides jam hac
regula universalí regulari omnia exempla allata hoc
toto § . Si enim jures per Evangelia , Sanctos , Tem-
pla , Altaria &c. per cœlos , elementa &c. verè ju-
ras . Secùs , si jures per tuam barbam , annulum ,
equum &c. Similiter si Clericus habitu clericali in-
dutus jurat per hunc habitum , juramentum est ,
quia specialiter fit relatio ad Deum , ejusque me-
moria excitatur ; secùs , si laicus juret per suam ve-
stem . Et sic de cæteris .

§. III.

Juramenta assertoria , & promissoria .

I. **J**uramentum assertorium est invocatio Divi- 10
ni Numinis ad faciendam fidem de veritate
sui dicti , de actione præsenti , & præterita contin-
genti :

genti : quod dupliciter fit : primò de veritate ipsius actionis præsentis, vel præteritæ propriæ ipsius jurantis, ut juro me credere in Deum ; juro me interfuisse Sacro : Secundò solùm de notitia actionis præsentis vel præteritæ , ut dum quis jurat de actione alterius facta , ut , juro , quod Petrus non occidens Paulum , sensus est : juro me scire , vel certò credere non fecisse . Unde in judicio reus juramento purgans, debet jurare de veritate ipsius actionis, scilicet tale crimen non commisisse , testes verò ad ejus innocentiam probandam producti (vel econtra ad ejus crimen demonstrandum) solùm jurant de veritate suæ notitiæ , vel credulitatis , se nimis nō esse , vel certò existimare , ipsum esse innocentem , vel econtra criminosum . Et hac ratione juramentum assertorium etiam extendit se ad actionem alterius futuram : v. g. juro Cæsarem in bellum prosectorum , sensus est , se certam , vel probabilem notitiam habere de profectione Cæsar . Unde si præter jurantis intentionem profectio illa non sequatur , non erit perjurus , quia non juravit immediate de veritate istius actionis , sed de sua credulitate , vel notitia , quam tunc verè habuit .

II. *Juramentum promissorium* est invocatio Divini Nominis ad faciendam fidem de actione propriâ futura, ut, juro me Religionem ingressurum, non amplius lusurum &c. hoc juramentū promissorium semper includit etiam assertoriū de veritate præsenti, se nimis in præsenti verè habere voluntatem tale opus faciendi , & insuperre ipsa fa-

ctu.

eturum. Dupliciter talis Deum invocat: 1. Ut testem veritatis prælentis, se nimis habere voluntatem tale opus faciendi. 2. Ut fidejussorem veritatis futuræ, quod illud opus re ipsa ab eo faciendum sit. Quare perjurium promissorium carrens utraque veritate, duplo gravius est peccatum, quam assertorium solum, quantum est contra virtutem Religionis, ut notat Suar. lib. I. de jurament. 8. Unde ulterius: si quis solum intenderet jure, se nunc habere voluntatem, seu propositum tale opus faciendi, hac v. g. formâ: Juro me nunc velle hoc facere, esset solum juramentum assertorium præsentis propositi, ad cuius veritatem sufficeret veritas præsentis propositi, etiam si illud postea mutaret, prout etiam mutare liceret. Verum id rarius contingit, & vix præsumendum est in praxi, præsertim in confessionali, sic enim quodvis juramentum promissorium, ejusque obligatio facile eludi posset, dicendo, se solum jurasse de præsenti voluntate, vel proposito aliquid faciendi, non autem re ipsa facturum esse.

III. Duplex autem est juramentum promissorium: unum *absolutum*, simplex per se stans, quo quis absolute jurat, se aliquid facturum, vel omis- surum, sine ulla promissione, vel pacto erga alterum: v. g. juro me Religionem ingressurum, talem pecuniam pauperibus daturum, non bibitrum vinum &c. Quo etiam spectant juramenta comminatoria, quibus alteri pena commerita comminatur: non enim ibi fit promissio, vel pa-

ctum,

Etum, saltem non acceptatur; & hoc juramentum continet unam simplicem obligationem verum faciendi aliquando suum dictum, vel propositum ex virtute Religionis tantum, ob reverentiam scilicet Divini Nominis in testimonium invocati, juxta Praeceptum Dei: *Non assumes &c.* Levit. 19. *Non perjurabis in Nominis meo*, nec pollues Nomen Domini. Nulla autem est hic annexa obligatio ex virtute Fidelitatis, & Justitiae. Unde patet in juramentis separari posse obligationem ex virtute Religionis, & obligationem ex virtute Fidelitatis, & Justitiae.

IV. Alterum est juramentum confirmatorium promissionis factae alteri determinate: Idque tripliciter. 1. Juramentum confirmatorium promissionis factae ipsi Deo tantum, & dicitur *votum juratum*, & duplice obligationem habet ex virtute Religionis unam ex vi promissionis factae Deo, seu voti fideliter reddendi; alteram ex vi Divini Nominis in testimonium & confirmationem illius promissionis invocati, seu juramenti; consequenter talis juramenti prævaricatio duplē quoque malitiā habet contra virtutem Religionis; unam infidelitatis erga Deum; alteram perjurii, & nominis Dei in vanum assumpti. 2. Juramentum confirmatorium promissionis factae homini tantum, dicitur *pactum juratum*, & duplē obligationem habet; unam ex virtute Religionis, ex vi juramenti, seu Divini Nominis in testimonium invocati; alteram ex virtute Fidelitatis & justitiae erga alterum promissarium; quia promissio cadit in debitum, consequenter ejus prævaricatio duplē similiter malitiā

con-

p. I.
Sect. I. Quid, & quomodo sit Juramentum. 31

continet, & perjurii contra Religionem, & infidelitatis, ac injustitiæ. 3. Juramentum confirmatorium promissionis factæ Deo, & homini determinate simul, dicitur *votum cum pacto juratum*: ut, cùm quis cum juramento votet, & promittit Deo se tali determinato pauperi id scienti & acceptanti talem eleemosynam daturum, alimenta præbiturum &c. & continet triplicem obligationem, duas ex virtute Religionis, scilicet ex vi voti, & jumenti, ut in primo casu; tertiam ex virtute Fidelitatis, & Justitiae erga illum pauperem, ut in secundo casu: consequenter talis juramenti prævaricatio triplicem quoque continet malitiam oppositam infidelitatis, & perjurii erga Deum & infidelitatis, ac injustitiæ erga alterum pauperem. Ubi nota obiter infidelitatem, & injustitiam erga proximum censeri pro una moraliter malitia, et si speculativè, & re ipsa distinctæ sint: infidelitas enim dicitur, quatenus promissum violat, injustitia autem, quatenus alteri debitum non reddit, ejusque jus lœdit: quia utraque necessariò, & inseparabiliter connexa est. Atque hæ divisiones in praxi valdè notandæ.

§. IV.

Juramenta simplicia, & execatoria.

Juramenta alia dicuntur simplicia, seu simpliciter contestatoria, quæ sunt per simplicem Divini Nominis invocationem, vel contestationem in confirmationem rei assertæ, vel promissæ, prout fit in omnibus ferè hactenùs allatis modis, & formulis. Alia dicuntur *juramenta*

Eze.

Execlatoria.

ET sunt illa, quibus jurans ad fidem faciendam de re aliqua malum imprecatur sibi ipso, aut aliis ad ipsum specialiter pertinentibus, vel dilecti à Deo, veritatis teste, & vindice falsitatis, per se, vel per creaturam inferendum, nō verum sit, quod dicit. Differt à juramento simplici assertorio vel promissorio solum accidentaliter, & secundum amplius, ut scilicet per juramentum execratorum invocetur Deus, non tantum ut prima Veritas, & omnivéritatis testis infallibilis, sed etiam ut vindicta falsitatis in ipso jurante, vel rebus suis, si falsum dicat vel fidem violet: potestque fieri triplici formula

I. Expressè imprecando sibi malum ab ipso Deo: Deus me puniat, perdat, damnet, nunquam mihi Deus parcat, Deus in me partem non habeat, maledictus sim à Deo &c. olim usitatissima forma fuit: *Hac faciat mihi Deus, & hac addat;* modò in jure Canonico consueta forma est *Ita me Deus adjuvet, & hac Sancta Evangelia Subintelligitur execratio gravissima scilicet: Deus me non adjuvet, si falsum juro.* Sic juravit A post. 2. Corinth. 2. *Testem Deum invoco in animam meam.* Aliæ vulgares formæ sunt obviae.

II. Imprecando sibi malum inferendum à creatura, subintelligendo tamen, ac intendendo permissionem Dei vindicis: ut Diabolus me rapiat, mille partes laceret, fulmine peream, sacer igne invadat. Sic juravit David Psal. 7. *Si reddid retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab ini*

I.

Sect. I. Quid, & quotplex sit Juramentum. 33

mitis meis inanis. Ubi eleganter D. Aug. Jurare videtur per execrationem, quod est gravissimum iurisjurandi genus; cum homo dicit, si illud feci illud patiar.

III. Imprecando sibi malum absolute, semper tamen intelligendo, ac intendendo permissionem DEI (quod si enim homo solum intendat permissionem suam, dicendo: v. g. suspendar, ambas manus absconde, &c. si verum non dico, non esse juramentum, jam supra innui) ut male peream, non bona morte, vel subitanea moriar, non dignè amplius communicem, non vivam usque in crastinum, non movear hinc, non hinc abibo vivus, ardeam in inferno, &c.

IV. Huc spectat modus jurandi, per vitam, per manus, per barbam suam, aut alterius ad ipsam specialiter pertinentis: v.g. Patris, Principis, Cæsaris, &c. sensus enim est execratorius, pereat vita, salus, anima mea, Parentis, Cæsaris, si hoc non ita sit. Sic juravit Joseph per salutem Pharaonis Gen. 43. Et olim Christiani per salutem Cæsaris jurate solebant: ut refert Tertullianus. Sic quoque juravit Apost. 2. Corintb. 1. Eademque ratione Christus monuit Matth. 5. non temere jurandum per proprium caput dicens: neque per caput tuum jura veris: quia non potes unum capillum album facere, aut nigurum. Universaliter denique juramento execratorio debet quis malum imprecari aut sibi ipsi juranti, aut personis, vel rebus ad ipsum specialiter pertinentibus, aut saltem valde dilectis, & talis mali capacibus. Non est ergo juramentum, sed ma-

THEOL. MORAL. PARS III. E ledi,

34 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. I.

Iedictum jurando alteri ad se non pertinenti malum imprecari: ut si adversario dicas: Diabolus tibi rapiat, nisi verum dicam. Nec juramentum, sed blasphemia est imprecari malum ipsi Deo, Angelis vel Sanctis, qui talis mali incapaces sunt, ut super jam notatum est. Nec juramentum est, malum imprecari dæmoni, quia non specialiter noster, sed hostis & adversarius est. Deinde ipso juramento execratorio imprecando nobis, vel aliis mala, implicite & consecutivæ intendimus nos, vel alios honorare, ut intuenti patet.

Solemnia.

¶ 4 Juramenta iterum alia sunt simplicia, vel communia, quæ fiunt formâ communi & placita jurandi; alia sunt juramenta solemnia, quæ fiunt formâ aliquâ, & ritu solemnî ex præscripto juris. veteri lege suêre varii: manûs levatio, Genes. 14. Transitus per duas partes divisæ victimæ Jerem. 34. Positio manûs sub femore exigentis juramentum Gen. 24. & 47. ad significandum juramentum fieri in fide Messiae, qui in lumbis Patriarcharum continebatur. Modò verò ritus jurandi solemnès sunt in foro Ecclesiastico tactus Sacrosancti Evangelii; & in causis gravissimis etiam Sacrosanctæ Eucharistiae cum forma consueta: Sic me Deus adjuver. In foro verò civili ritus jurandi est: au-tangere sceptrum, ut signum potestatis à Deo traditæ cum forma: Ich gelobe an auf mein Almd. Aut erectio priorum digitorum cum forma: Ich schwere zu Gott ein Almd. Et hinc DD. communetur cum Silvest. verb. *jurament.* q. I. Triplex di-

sting
tum
F
lum
gniss
tant
men
exig
um,
muti
cense
reale
quod
rame
allati
suffici
ut ma
jurar
ment
grav
vit S.
jurat
per ju
vius
quam
scand
JU
&
mio, q
ferre

I. *Sect. I. Quid, & quotuplex sit Juramentum.* 33

*Itinguunt juramentum: verbale tantum, reale tan-
tum, & mixtum ex utroque*

Juramentum verbale tantum est, quod fit sa-
lum per verba divini Nominis contestationem si-
gnificantia, de quibus latè §. I. *Juramentum reale*
tantum, quod fit sola actione, vel ritu aliquo jura-
mentum significante, v. g. ad alterius juramentum
exigentis intentionem digitos elevando, Evangelio-
rum, vel Crucem tangendo; quâ ratione non solum
muti necessariò jurant, sed etiam alii verè jurare
censentur. *Juramentum mixtum*, seu verbale, &
reale simul, quod in iure vocatur corporale, est,
quod præter verba etiam actionem corporalem ju-
ramentum experimentem adhibet, ut in exemplis
allatis. Requiritur autem præter verba juramentum
sufficienter significantia ejusmodi actio corporalis,
ut majori cum deliberatione, reverentiâ, & timore
juramentum præstetur. Unde & obligatio jura-
menti sic præstigi crescit, & violatio multum ag-
gravatur, majorēmque pænam meretur, uti nota-
vit S. Aug. Ep. 154. dicens: *quanto id, per quod*
furatur, magis sanctum est, tanto magis est pœnale
perjurium. Et S. Th. cit. 2. 2. q. 89. 4. 3. ad 2. Gra-
vius est si quis juret solemniter per Evangelium
quam si per Deum in communi sermone, tum propter
scandalum, tum propter majorem deliberationem.

Judicia

Juramenta dicuntur, quæ in judiciis præstantur, i. &
sunt triplicis generis. I. *Juramentum calum-
niae*, quod in principio litis alterutri parti Judex de-
ferre debet, actori, ut juret, non calumniandi ani-

C a

mo

mo litem se movisse, sed existimando se bonam causam habere: reo verò, ut juret, quod putet se bonum instantiam ad resistendum actori suo ius habere. **L. C. de jurejur. propter calumniam.** Ubi utrinque juratur assertoriè de credulitate & opinione sua tantum, non de ipsa actione controversa, quippe primum per Judicem excutieada. **II. Juramentum item:** idque triplex. 1. Juramentum veritatis se veræ aestimationis rei, quo scilicet juratur de veritate, vel valore rei amissæ, vel dolo alterius. 2. Juramentum affectionis, quo juratur de pretia rei amissæ per alterum, sibi valde charæ, vel utili quoad suam privatam affectionem, se scilicet tamquam nulli daturum fuisse, &c. 3. Juramentum super interesse singulare, quo jurat quidamno emergente, vel lucro cessante ex iniusta detractione rei suæ per alterum causata. **III. Tertium** est **Juramentum litis decisum**, quo deficiente sufficiēte probatione, vel testimonio juratur de innocentia alterius partis, idque in causis criminalibus dicitur juramentum purgatorium: in causis autem civilibus vocatur juramentum suppletorium probationis: idque rursus duplex, necessarium, & voluntarium.

Necessaria & voluntaria.

16 **G**eneraliter *necessarium* est, quod à jure, Superiore defertur, puta ad fidei professio nem, ad subjectionem & obedientiam præstandan vel in judicio ad criminis probationem, litis decisionem, &c. *Voluntarium* verò, quod in vel extrajudicium sponte suscipitur; adeoque minus obliga quia

quām illud per se loquendo, cæteris paribus. Sed specialius: judiciale juramentum necessarium dicitur, quod in causa dubia ob inopiam plenæ probationis à judice defertur, sive ex officio, sive ad instantiam partis; & dicitur necessarium, tum quia Judex quandōque deferre cogitur ex officio, cùm aliter lis dirimi, & partes componi nequeunt; tum quia delatum recusari non potest absque justa causa, qualis est præcedens sufficiens probatio, ignorantia vel oblivio probabilis allegata. Hoc juramentum necessarium ad probandam innocentiam ordinariè Judex deferre debet reo, non actori, quia nimirūm promptiora sunt jura ad absolvendum, quām ad condemnandum; alioquin si actori passim permittatur jurare contra alterius innocentiam, grave esset periculum subversionis, cùm homines callidi & malitiosi eādem facilitate, quā calumniantur, etiam pejurare possent: nunquam autem fit utriq; parti deferre juramentum decisivum litis; tum quia una pars induceretur ad perjurium, & eo ipso, quo utraq; pars juraret, æquales manerent pates, & sic lis non decideretur. Juramentum judiciale *voluntarium* dicitur, quod in judicio, Judice nec deferente, nec approbante, fit, & sic delatum ab altera parte simpliciter recusari potest, æquè acsi fieret extra judicium; si tamen sponte suscipiatur, reo juramenti exceptionem, actori vero juriandi actionem tribuit, prout juribus allegatis videre potes apud Laym. cit. c. 5. Quòd si autem in judicio juramentum à parte parti deferatur Judice approbante, tunc fit quasi necessarium, & is, cui

C 3

dela-

38 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

34.
delatum est, necessariò jurare debet, aut juramen
35. tum delatori referre, alioquin lis contra ipsum ve
l ut devictum decisa erit. Nam ut dicitur L. 38. f
de jurejur. manifestæ turpitudinis & confessionis
36. est, nolle jurare, nec jusjurandum referre. Is autem
37. dicitur juramentum deferre, qui primus alteri of
fert, ut juret: hic si nolit jurare, sed offerat adversa
38. ria, qui prius obtulit, dicitur referre.

39. SECTIO II.

Juramenti validi conditiones, materia
& obligatio.

SUMMARIUM.

40. 17. Juramentum promissorium ut sit validum & obligati
41. 18. rum, essentialiter, debet esse I. liberum perfette. I
cum intentione DEUM invocandi, & se obligandi
III. non item implendi. Unde
42. 19. Juramentum ex errore vel dolo, sive antecedenti,
43. 20. de concomittante, circa ipsam rei substantiam, invalidum est.
44. 21. Secus si error, vel dolus solum sit circa qualitatem,
45. 22. circumstantiam accidentalem.
46. 23. Juramentum quobis metu, etiam gravi & injusto
47. 24. tortum validum est, & obligatorium.
48. 25. Non tantum captiuis ad tempus ex carcere sub juramento
49. 26. reversionis dimissus;
50. 27. Sed probabilius etiam, qui Tyranno jurat redire in in
51. 28. justum carcerem, cum præviso mortis periculo redi
52. 29. obligatur
53. 30. Juramentum ut valeat, debet esse de re honesta, &
54. 31. licita.
55. 32. Unde materia juramenti DEO facti necessariò debet
56. 33. moraliter bona, majoris boni non impeditiva.
57. 34. Idoque nullum est juramentum de re omnino indif
58. 35. ferente, ut talia.

I.
uramen
sum ve
. 38. f
fessioni
ls auten
lteri of
adversa

ateri

obligat
rfette. I
bligant
denti,
im, infa
atem,
eusto, u
n obliga
jurame
ire, in in
ulo redi
esta, b
debet
ba.
ò indiff
34. Si

Sed. II. Juramenti validi conditiones &c. 39

34. Sicut etiam irrita sunt juramenta absoluta, vel solum DEO facta de re minus bona, actu excludente majus bonum; nisi rationabilis causa subsit.
35. Ea tamen juramenta si actu non excludant majus bonum, obligant quidem, tamen pro arbitrio jurantis mutari possunt in melius.
36. Juramentum semel irritum factum non convalescit.
37. Juramentum promissorum homini acceptanti, in utilitatem Ecclesie vel communis factum in quavis materia licita, etiam indifferenti, obligat.
38. Juramenta Parentum, Dominorum, ac Dominarum in filios, seruos, & ancillas, &c. sapissime non sunt juramenta, nec obligant.
41. Sicut nec juramenta urbanitatis gratia facta, aut mercatorum, cumentium, & vendentium passim fieri consuetae.
42. De juramentis non propalandi aliquam specialem item, distinguendum est.
43. Juramentum non ludendi, quando obliget, quando non?
44. Resolvuntur variis dubiis.
48. Juramentum promissorum de re illicita, vel actione prohibita lege aliqua sub culpa obligante, nullum est.
49. Quae, vel quando leges aliquam actionem sub culpa prohibeant, vel infirmitate; ideoque
51. Universaliter juramentum contra leges aliquid prohibentes non valet, valet vero juramentum contra leges permittentes tantum.
52. Quando juramentum additum contractui irrito valeat, quando non?
54. Juramentum promissorum, et si ex parte actus illicite & peccaminosè factum, sit tamen sit de re aliis licita, valet. Unde
55. Resolvuntur variis casus.
59. Juramentum promissorum obligat sub mortali ex generatione suo.
60. Cujuscunque juramenti obligatio unde, que, & quantumplex;
61. Quando obligent in foro externo, quando non?

40. *Tra>. III: In II: Præcept. Decal. Cap. I.*

65. *Juramenti promissorii obligatio principalis ex virtute Religionis personalis, non transit ad heredes, sed autem obligatio ex virtute justitiae.*
66. *Resoluuntur variis casus.*
70. *Juramenta in dubio qualiter interpretanda?*
71. *Exempla & casus variis.*
74. *Juramentum sortitur conditiones, & qualitates aliae cui adiicitur.*
76. *Juramenti promissorii conditiones sub intellectu sunt si potuerit.*
78. II. *Salvo jure, & auctoritate Superioris.*
79. III. *Si is, in cuius gratiam juratum est, voluerit acceptare: aut nisi remittat.*
81. IV. *Si res in eodem statu permanferit, seu notabiliter mutata non fuerit. &*
82. V. *Si alter quoque promissis steterit.*
83. *Casus.*

Iam supra patuit juramenti assertorii materia esse actionem praeteritam, vel præsentem propriam, aut alienæ notitiam, seu credulitatem, adeo que nullum alium valorem vel obligationem habet praeter veritatem: de qua latè *Seet. seq.* juramenti autem promissorii materia est actio, vel omissione futura jurantis, ideoque valorem requirit, & obligationem inducit, ad quam varia requiruntur tam ex parte jurantis, quam ex parte materia. Quoad requisita ex parte jurantis esto.

A S S E R T I O III.

Juramentum promissorium, ad hoc ut validum obligatorium sit, essentialiter debet esse voluntarium, ac liberum perfectè cum intentione & Deum invocandi, & se se obligandi: non item implendi promissum, nisi solum, ut licitum sit. Omnes.

§. I.

§. I.

Essentialiter debet esse liberum perfectè &c.

I. **L**ibertate nimirum perfectâ, qualis sufficeret.¹⁷ Ad peccatum mortale, cùm enim juramenti obligatio gravissima sit, & sub mortali, consequens est, ad ejus valorem & obligationem requiri tantam deliberationem & libertatem, qualis sufficit, & requiritur ad peccatum mortale. Qualiter autem hæc libertas stet, vel non stet cum errore, metu, injuria &c. latius explicandum erit mox §§. sequentibus.

Hoc ipso tamen jam resoluta manet alia quæstio: quisnam possit validè jurare? nam jure naturæ jurare potest omnis adultus ratione utens, deliberationis capax, propriâ vel alterius liberâ potestate legitimè utens, ut sunt procuratores &c. Excluduntur solum pueri ante usum rationis, amentes, simplices instar amentium, & plenè ebrii, quorum, quia deliberationis capaces non sunt, ipso naturali jure invalida sunt quæcunque juramenta; jure autem positivo etiam excluduntur impuberes omnes, & notorii perjurii.

II. *Cum intentione & Deum invocandi, (hoc¹⁸ enim essentiale esse omni juramento, jam constat ex Sect. I.) & se se obligandi.* Etiam si enim quis juret cum intentione Deum in testem invocandi, absq; tamē intentione se se obligandi ad aliquid præstatum, nimurūm positiuē nolens se eo juramento obligare ad implendum promissum, juramentum nullum est. Cùm enim hæc obligatio necessariò sequatur naturam juramenti promissorii, eo ipso, quo

C 5

quis

42 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

quis jurat, ita tamen, ut inde non maneat obligatus
destruit naturam juramenti, nec consequenter in
per se obligatur: sicut quia naturam matrimonii
necessariò sequitur obligatio cohabitandi, debitus
reddendi, vel fidem servandi, eo ipso, quo quis con-
trahit matrimonium, exclusa obligatione, debitus
reddendi, vel fidem servandi, destrueret naturam
essentiam Matrimonii, nec consequenter ligaretur
in foro conscientiae, ut dicitur suo loco.

19 III. Non item intentio implendi promissum re-
quiritur ad valorem juramenti, sed tantum ut
sit. Unde si quis juret, cum intentione jura-
di, & se obligandi, absq; sola intentione imple-
di promissum, juramentum validum esset, & obli-
gatorium, et si graviter illicitum, de quo infra. Re-
tio: quia de essentia juramenti est solum obligatu-
m implendi, non autem actu implere: sicut de essenti-
Matrimonii solum est obligatio reddendi debitu-
non autem actu reddere: consequenter sicut verum
est Matrimonium contractum cum intentione
obligandi, ac reddendi, et si intendat actu non red-
dere: ita verum est juramentum cum intentione
obligandi ad aliquid praestandum, et si quis inten-
deret actu non praestare: quamvis per hoc gravissi-
mè peccaret peccato perjurii, contra veritatem ju-
ramenti. Vide Suar. l. 2. de juramento.

IV. His tribus conditionibus ex parte juranti
positis, validum jam, & obligatorium erit omne ju-
ramentum promissorium absolutum, ac per se stans,
ac etiam confirmatorium promissionis factae ip-
Deo: at vero juramentum confirmatorium promis-
sionis

sionis factæ homini', ut valeat, & obligatorium sit, requiritur ulterius, ut ea promissio à persona, cui fit, acceptetur. Omne enim juramentum promissorium, omnisque promissio tacitè includit, illam conditionem, *juro, promitto, obligo me*, si promissionem acceptet alter: si secùs, cessat obligatio; Unde qui secum jurat aliquid dare certæ personæ absenti; nullo ejus nomine promissionem acceptante, antequam ea resciat, & promissionem acceptet, juramentum non obligat, sed revocari liberè potest, non tantum, quantum est ex virtute Justitiæ, ut per se patet, sed etiā quantum est ex virtute Religionis, quia tali juramento invocatur Deus in testimonium promissionis homini facienda, atq; induit conditionem promissionis factæ homini, cui accedit: videlicet si ab altero acceptetur. *Excipit*: nisi promissio jurata facta esset Deo & homini simul; tunc enim esset simul votum statim à Deo acceptatum, quod proinde revocare amplius nefas esset: *Communis DD. cum Sanchez cit.*

§. II.

Juramentum ex errore, vel dolo.

Juramentum præstitum vel ex errore proprio²⁰ jurantis, vel ex dolo juramentum exigentis, an valeat, & obliget: ita resolutoriè distinguendum est.

I. Juramentum promissorium ex errore, vel dolo, sive antecedenter, sive concomitanter, verstante circa ipsam substantiam rei juramento promissæ, invalidum est, nullius roboris ac obligacionis. *Communissima*. Ratio est: quia ad valorem juramentorum, ac promissionum quarumvis requiri-

tur



tur essentialiter consensus voluntarius positivus circa rem juratam, vel promissam: atqui error vel dolus, non tantum antecedens, sed etiam concomitans tollit consensum voluntarium positivum circa rem juratam, vel promissam, quatenus responsum: error quidem & dolus antecedens omnino reddit involuntarii juramentum, quia aliquis non juraret, nisi erraret, vel dolo induceretur: error autem, vel dolus concomitans, etsi non reddit involuntarii positivè, quia quis adhuc juraret vel promitteret, etsi non esset error, vel dolus, reddat tamen non voluntarium, seu voluntarium negativè, quia sicut defacto non scit rem esse tale, v. g. annulum aureum, ita defacto non potest vel promittere, vel jurare talem rem dare, cum nihil possit esse volitum, nisi cognitum: quare nullum est juramentum, si jurares alicui donare nummum vel annulum, aut proprio errore putans, aut alterio dolo persuasus credens esse æneum, cum revera sit aureus, cum enim non cognoveris esse aureum, non potuisti velle dare aureum, sed tantum æneum, quia error, vel dolus versatur circa substantiam rei. Idem est de similibus.

21 II. Juramentum vero promissorum ex errore vel dolo, sive antecedenter, sive concomitante versante solùm circa accidentalem circumstantiam vel qualitatè rei juramento promissæ, validum est, & obligat, nisi relaxetur auctoritate Episcopi, vel consensu ejus, cui juratur. Communis DD. Molina tom. I. t. 2. d. 149. Suar. cit. l. 2. c. 11. n. 11. Sanchez & Lugo citt. Ratio est: quia hic ad-

adest consensus substantialis in rem , quem irritare non debet error vel dolus accidentalis tantum. Sie Israelitæ Josuæ 9. validè jurârunt, & servare debuerunt Gabaonitis pacem, non obstante dolo accidentalí , vel simulatione , quasi de valde remotis venissent. Excipiendum tamen , nisi ²² accidentalis illa qualitas, vel circumstantia , rei quidem ipsi accidentalis & extrinseca , tamen à jurante per se principaliter intenta sit , atque secundum intentionem jurantis fiat intrinseca objecto , ut nullo modo intendat jurare vel promittere talem rem , nisi cum tali qualitate, vel circumstantia: v.g. jurat quis ducere Virginem , quam putat esse Nobilem , sic ut simpliciter nolit ducere nisi Nobilem, postea comperit esse plebeam : item jurat quis alere Studiosum, dotare puellam , putans esse cognatum , vel cognatam ; postea comperit non esse ; non tenetur juramento. *Ratio est:* quia generaliter actus agentium non se extendunt ultra eorum intentionem : & specialiter: juramentum non extenditur ultra ea , de quibus jurans cogitavit. *Glossa in c. veniens de jure jurand.* DD. citati communiter. Vide de his dicta generatim in materia de actibus humanis & specialia exempla in materia de Contractibus , & Matrimonio , ac rursus infrà in Votis.

§. III.

Juramentum ex metu

ETiam gravi & injusto extortum validum est ,²³ & obligat. Exemplum vulgare: Latroni mortem minitanti jurâsti te daturum pecuniam v. g. centum florenos, supposita vera intentione jurandi,

&

& promittendi, nullaque adhibitâ (hic maxim licita) amphibologia, seu restrictione mentali licta : v. g. dabo , si quid debeo , vel dabo , nisi mihi hoc juramentum relaxetur , &c. per se teneris jumento , secundum communissimam & receptissimam sententiam DD. apud meos citt. omnes. *Ratio est* : quia omne juramentum voluntarium non vergens in interitum salutis , sed licet & honeste servabile, validum est , & licitum : atque tale juramentum in primis simpliciter est voluntarium, cum metus non tollat voluntarium simpliciter, sed tantum reddat involuntarium secundum quid , ut si loco dictum : deinde etiam non vergit in interitum salutis, sed licet & honeste servari potest: ergo & Ita expressè habetur c. si vero de jurejur. c. ad. abundantiam. de his que vi, metusque causâ. Nec obstat, quod c. 2. de jurejurand. Pontifex respondeat, Episcopum Laodicensem ab Arnulpho Comite , rebus suis spoliatum , & jurare compulsum quod ablata non repeteret nullius juramenti vinculis posse constringi. Respondit enim Glossa ibidem, juramentum praestitum fuisse de rebus Ecclesiæ non repetendis, quod sine peccato servare non poterat, quia de re illicita , ideoque nullum. Addit rectissime Suarez cit. Etiam si Episcopus jurasset de rebus suis propriis ablatis non repetendis, juramentum tamen non obstat, quod minus ad Pontificem pro paterno subsidio , & relaxatione recurret. Unde hic bene notandum , juramentum , maxime vi iusta extortum , strictissime esse interpretandum quoad obligationem. Unde I. si jurasti latroni pe-

cuniam

maxim cuniam dare , solvere teneris , ut dictum est , nisi
ntali lic tibi relaxetur juramentum . At quia hæc ipsa con-
nisi mil ditio , nisi relaxetur , in omni juramento subintelli-
eris jur gitur , poteris à Superiore dispensationem petere
ceptiss & sic nihil dare . II . Si relaxationem non petijisti ,
nes . Ra solvere quidem rursus debes , attamē satisfacis mo-
trium no mentaneā solutione ad servandum Deo , & juramē-
z honest to reverentiam , solutūmque statim in judicio repe-
tale jur tere poteris , ut habetur cit . c. ad audientiam &c .
um , cū Et docet communis DD . cum S . Thom . q . 94 . a .
sed tan 7 . Ratio : quia ex una parte non jurāsti non repe-
d , ut su teritum tere ; ex altera autem parre ipse injuste & invalidē
tergo & recipit , cū nullum jus exigendi & recipiendi ha-
ad . a beat , non enim aliquo ipsius jure , sed sola juramen-
ti tui religione dare debebas , & datione illa mo-
mentanea jam satisfecisti : imò priùs petita relaxa-
tione superioris , nil dare poteras . III . Quid si etiam
respon jurāsti te non repetitum ? teneberis rursus jura-
to Comis mento , & civilem actionem instituere non potes :
pulsum potes tamen instituere actionem criminalem accu-
nti vin fando de crimine ad justam publicam vindictam .
osso ibi s Eccle Si etiam non excusaturum de crimine jurāsses , po-
are no teris tamen denuntiare , ut ex officio Judex proce-
n . Addit dat , ut observat Glossa in tit . c . ad audientiam . IV .
râlset de Quid si denique etiam jurāsses te non denuntiatu-
jurame rum omnino , sed planè tacitum ? tunc juramento
Pontifi non obligaberis in casu , quo Judici denuntiare ne-
uireret , cessarium videtur , & judicatur , aut ad publicam ,
maxime aliisq ; perniciosa latronis injuriam avertendam ;
retandū aut si ultrò in judicio interrogeris ; aut denique
oni pe denuntiatione charitativa ad criminis emendatio-
cuniam nema

nem. Sed hæc ex communi sententia ob reverentiam divini Nominis, & Sacramenti. Quam sciam RR. quosdam non improbabiliter docimus, & sic jurantem omnino liberare.

§. IV.

Juramentum ob injuriam alterius.

24 **E**tiam validè obligat juramentum ob alterius injuriam præstitum: v. g. Usurario nolens alteri pecuniam mutuare, nisi cum usura iniquum decem pro centum florenis, jurasti has usuras solvere; teneris juramento, secundum Omnes. Habet expressè in Jure canon. in c. 1. & c. debitore's de jurejurand. ubi dicitur: *debitores ad solvendas usurias in quibus se obligaverant, cogi non debent: si vero ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt Domini reddere juramentum.* Ubi Abbas n. 3. hanc Reglam dat: Juramentum obligat, et si turpitudinē continet ex parte recipientis, non autem jurantis sennentem; quamvis autem ex tali juramento promisorio usurario nō oriatur obligatio justitiae erga usurarium, siquidē nullum jus, vel titulum accipiente usuras habet: unde nec dominium usurarum acceptarum acquirit c. *duas de usuris.* oritur tamē obligatio Religionis erga DEUM, ut, quod juratum est, ipsa verum efficiatur, ne Nomen DEI in testimonium falsum adductum fuerit, uti optime explicat S. Thom. q. 89. a. 7. ad 3. Neque id solūrum est, quando turpitudo est ex parte solius usurarii, non vero jurantis, quippè qui justam causam necessitatis habet consentiendi, ac etiam juri di in usuras; sed etiam cum turpitudo aliquatenus

teneret ex parte ipsius jurantis, utpote qui sine causa necessitatis ad luxum tantum consentit, & jurat usuras, aut ipse promissione usurarum, alterum ad mutuandum induxit; et si enim tunc juramentum fuerit illicitum, non tamen sicut de re illicita; usurras enim alteri reddere vi juramenti non est illicitum, & sine peccato fieri potest, ipsique promittere est laudabile, ut cognoscatur, quantum suorum dictorum, ac juramenti fidem habeat. Ita alii cum Suar. c. 9. n. 7. Sanch. l. 3. q. 11. n. 5. Laym. cit. c. 7. quamvis contrarium non improbabilitate doceant Abbas cit. Cajet. Val. alii apud Sanch. cit.

Ex dictis resolvendum est de captivo, qui dimis-
sus ad tempus ex carcere, vel captivitate juravit se
iterum redditurum, an obligetur juramento ad re-
deundum, etiam cum certo mortis periculo prævi-
fo? Pono distinctas resolutiunculas.

I. Certum est, teneri ob juramentum sub mor-
tali ad redeundum, si carcer justus vel captivitas
justa sit, ac etiam mors justè inferenda. Ita omnes
Theologi teste Suar. de jurament. l. 2. c. 10. Ra-
tio est: quia juramentum sortitur naturam & con-
ditionem actus, cui adjunctum est: atqui promissio
talism justè exacta, certò valida & licita est; & cùm
sit de re gravi, ac plurimum concernente bonum
publicum, de se obligat graviter: ergo etiam jura-
mentum illi additum graviter obligabit sub pecca-
to mortali irreligiositatis erga Deum in testem in-
vocatum, esto ex reditu immineat mors justa, &
prius promerita. Confir. à fortiori ex dicendis n. 4.

THEOL. MORAL. PARS III.

D

II. Cess-

26 II. Certum est, obligari speciali titulo justi rūm si juramentum præstitum sit custodi innocentis alias si jurans non rediret, grave damnum, vel sc̄ratam etiam talionem indè passuro; hunc enim indemnū servare Justitiae & fidelitatis opus est, & debito fugit gravissimum.

27 III. Universaliter seu justus, seu injustus sit cert, maximè obligabit juramentum illud, si missus juramento redditus serviat pro bono coni, v. g. Religionis Catholicæ, ad avertendū publicum scandalum, vel Fidei Catholicæ contemptum; cùm bono comuni postponendum sit boni privatum: idque maximè interveniente juramento. Atque his casibus omnino obligat juramentum neque relaxatio ei concedi debeat: ut cum aliis cet Sanch. cit. c. 11. a. n. 25. Laym. cit. c. 7.

28 IV. Insuper, probabilius est, etiam eum, qui ranno jurat redire in injustum carcerē cùm præso periculo mortis, vel alterius gravissimi male eo injuste inferendi, obligari juramento ad redendum, dummodo illud periculum, dum jurat, sc̄ vol prævideat (secūs esset, si postea primū cōperiat, tunc enim ob mutatam cīrcumstantiam gravissimam cessaret juramentum.) Ita committit DD. Tolet. Suar. cit. aliquisque congestis San Laym. l. 4. nr. 3. c. 7. Ratio est: quia & ipsum juramentum validum & licitum est, quippe ob urgētē causam, & justam rationem necessitatis enīsum, ut nimirū captivus iniqua detentio vexatione ad tempus liberetur: & est de re licita honesta, cūma talis redditus sit actus virtutis, nū

ap. I. Sect. II. Juramenti validi conditiones &c. § 1
o justi rūm fortitudinis, patientiæ, magnæ quoque verita-
nnocentis ac fidelitatis ob præcedentē promissionem ju-
n, vel sō ratam: ergò est materia capax obligationis ex jura-
ndem mento. Dein, qui jurat se ex carcere injusto nō
x debitu fugiturum, obligatur ex juramento, etiam cum
periculo mortis, dummodò jurans id prævideat, ut
tus sit ex communi notat *Suar. cit.* ergò similiter obliga-
d, si p tur, si se redditum juravit, siquidem redeundo re-
stituit se in statum, in quo antea fuit.

Contrariam tamen negativam docent graves 29
DD. Glossa, *Abbas. D. Antonin. Navar. Sylv.*
Sa. alii apud Laym. citi. eò quod absque causa ne-
cessitatis, vel publici boni se ad mortem iniquam
offerre sit opus temeritatis, & repugnet legi Chari-
tatis, tum erga se ipsum, tum erga Tyrannum, cui
quantumvis parato, materiam peccati sine urgen-
te causa de novo adferre non licet; ergò juramen-
tum fuit de re illicita, ideoque irritum: idque etiam
mihi vel hac ratione probabile videtur, quia licet
quis jurans præviderit mortem, vix tamen contin-
gere potest, ut qui jurat redire, abiens concipiatur
mortem, ejusque periculum eo horrore, quo con-
cipiet, quando redibit: quare jam ratione ipsius
mutatur notabilis circumstantia, consequenter
cessabit obligare juramentum.

Respondetur tamen, redditum ad carcerem & 30
mortem non esse intrinsecè malum, quin justâ cau-
sâ, qualis certè est impletio juramenti, & testi-
monii divini invocati, cohonestari posset. Deinde
ob id ipsum juramentum exactum est, ut ille major
metus, & horror redeuntis excludatur: secùs autem

D 2

est,

eset, si quis Tyranno non exigenti sponte i
reditum, tunc enim juramentum nullum e
quia esset de re illicita, scilicet temeraria acc
ad mortem, & vera causa novi peccati Tyranni
habet opposita ratio. Et hactenus de requi
ad validum juramentum ex parte jurantis. M
quoad requisita ex parte materiæ, seu rei juran
to promissæ, sequitur

ASSE R T I O IV.

31 **Juramentum promissorium, ut validum O**
gatorium sit, debet esse de re honesta & licita
tem non malamoraliter; atque adeo omne juran
tum promissorium de opere malo mortaliter,
venialiter, irritum est & nullum, immo peccatum
sum, juxta dicenda. Omnes.

Assertio habetur saepius in Jure Canon. c. q
do, de jurejurand. ubi : **Juramentum institu**
non fuit, ut esset vinculum iniquitatis. & regu
in 6. Non est obligatorium contra bonos mores;
stitutum juramentum. Etc. si vero c. quamvis de
citis 6. dicitur : Juramenta observanda esse, 17. n.
eorum observatio fuerit in interitum salutis.
na. : Quod non tantum verum est de opere
mortaliter, sed etiam de peccato veniali; quod ei
salutem æternam impegit, & ad mortale di
ut notarunt Sanch. Suar. citt. Ratio est ; quia
tradictio est aliquem obligari ad rem illicitam.
ciendam, quæ quia illicita est, facienda non est. i Dec
tuper gravissima injuria Dei est, Deum invocatio
in testem, & velut Patronum suæ iniquitatis,
mortalis sive venialis, ut non immerito conclude mel
noe solve

oster March. Trib. tom. 2. t. 3. tit. 3. q. 2. dub.
 regul. 2. Juramentum promissorium de re illi-
 ta non tantum in materia peccati mortalis, uti v.
 fornicandi &c. sed etiam in materia peccati ve-
 nialis v. g. mentiendi &c. esse peccatum mortale,
 hummodò deliberate fiat. Sed de ratione pecca-
 tagemus sect. sequenti. Nunc sermo solum est de
 valore, pro quo discernendo, & innumeris casibus
 esolvendis, tradendæ sunt aliquæ generales Regu-
 læ; idque potissimum quoad materiam indifferen-
 tem, nam nimis manifestè invalida sunt juramen-
 ta in materia illicita, v. g. adulterandi, occidendi,
 iudiciorum inustum sumendi, nunquam inimico-
 gnoscendi, abominandi, eum nunquam salutandi,
 id conspectum, vel colloquium adiungendi, &
 hujusmodi innumera: imò etiam non raro jura-
 mentum non accedendi nuptias consanguinei, vel
 vicini factum propter offensam acceptam. nullum
 est: tunc enim est species vindictæ illicitæ Chri-
 stianis, ut notat Gobat Alph. quadruplici Casu
 a esse, 17. n. 520. secùs, si ex alia cœta facta fuisset.

REGULA I.

Materia juramenti absoluti, aut per se stan- 32
 tis, aut confirmatorii promissionis facta ipsi
 Deo, necessario debet esse res honesta, ac bona mora-
 litates. Ratio est: quia juramentum absolutum aut ip-
 son est: i Deo factum æquivalent voto: ideoque easdem con-
 invocationes habere debet, quas habet votum: votū au-
 titatis, em essentialiter, ut suo loco videbimus, debet esse
 conclude meliorib[us] bono: ergo & tale juramentum. Et hinc
 nō esolves.



33 1. Irritum & nullum est omne tale juramentum melius
de re omnino indifferenti, quatenus talis est: v. g.
jures talem certam vestem comparare, vel usum filii a
re etiam, talem domum non intrare &c. *Nat. quia*
Tol. Sua. Sanch. Laym. citr. Ratio: quia
actio omnino indifferentis est inutilis, & otiosa Deo
divinae Nominis invocatio non potest esse vi-
um rei inutilis & otiosæ, quin & injuriam i
divinæ Veritati, qui eam in testem vanitatis in
cat super re vana & otiosa.

Dixi autem *quatenus talis*: nam si actio ei
& objecto suo indifferentis, referatur tamen ad
num finem alicujus virtutis, sicut actus virtutis, id
que capax obligationis, juramenti, & voti: v.
jures teædes alicujus non ingressurum, cum ali
non iocuturum, causâ vitandi peccati: Item
res, non alterius, sed hujus certi egentioris of
nam aditurum ex motivo honesto, misericordia
& charitatis: si jures, certum genus vestis
gestaturum ex motivo modestiae & humilitatis
jures, non amplius lusurum, vel ob mortifica-
nem, vel ob vitanda pericula peccati jam expe-
Similiter invalida sunt juramenta vel soli Deo
die certo non nendi, non suendi, non laborandi
non navigandi tali die, non comedendi hæc,
illa, donec v. g. maritus redeat: si fiunt Job si
fines temporales, puta ob malum eventum for-
datum, tali die, in tali negotio, ob avaritiam
mæsticiam mariti absentis, nulla, inquam, juram-
ta sunt talia, nec obligant. At vero si fuissent en-
ob bonum finem, v. g. ut tali die, vel tempore I
me

melius serviatur, vel peccatum aliquod evitetur:
v. g. abstinebo à vino, ut felix redditus mariti vel
filii à Deo impetretur, valida erunt, & obligabunt,
quia sunt de re bona, ex bono fine præfixo.

II. Irrita etiam sunt juramenta absoluta vel soli 34
Deo facta de re minus bona, actu excludente ma-
jus bonum, utpote quando opus oppositum simpli-
citer est melius, & præstantius, ut universaliter, si
jures omissionem operis, cuius oppositum est in
consilio: ut si jures absolutè te uxorem ducturum,
non daturum eleemosynam tali pauperi, non patri-
num fore: etiam antice invitatum non accedere
convivium vicini &c. hæc enim facere, sunt in
consilio charitatis, & absque omni rationabili cau-
sa omittere, charitati repugnat. Secùs dicendum,
si rationabilis causa ita dejurandi subesset, ut in si-
mili modo suprà notatum. Unde Gobat n. 521.
merito excusat eum, qui ex fideiussionibus gravis-
sima damna passus juraret, se amplius non fideiussurum,
dummodò exciperet, nisi clarè exigeret
debitum Charitatis Christianæ: idemque est in si-
milibus &c. non tutelam suscipiendo &c.

Huc spectat, si jures multas orationes, jejunia,
peregrinationes cum detimento obedientiæ, offi-
cii honoris Dei, salutis animarum, D. Thom. q.
99. a. 7. Navarr. c. 12. n. 16. Sanch. Laym. lib.
4. c. 6. n. 5. Ratio omnium data est in regula, &
specialis ratio est, quia non pertinet ad divini No-
minis reverentiam, ut fiat opus minus bonum,
omisso opere meliori, & Deo gratori: consequen-
ter ad id vi juramenti nemo obligari potest.

35 III. Juramenta tamen ejusmodi absoluta, vel
Deo facta de opere minus bono, actu tamen non
cludente majus bonum, obligant quidem, sed
arbitrio jurantis commutari possunt in aliud
ius, Deoque gratius bonum opus pro tempore,
occasione occurrens, v. g. jurasti, vel vovisti quo
die certâ horâ orationi, vel mediationi vacare,
currat autem tali hora occasio, ut ægroto assita
confessiones excipias, idque intelligas Deo grati
fice, non ligaris amplius juramento, sed licetè co
mutatur, hoc ipso, quod Deo gratius esse intel
ligas, non enim violas juramentum, sed operem
liore compensas, Deo semper acceptante, quod in
lius est: ut ex communī notat March. cit. an
regul. 5. Et latius in simili dicitur de voto,

36 IV. Juramentum ejusmodi de re indifferē
minus bona, aut etiam mala, semper irritum aut
validum factum, licet illud opus postmodum in
tata circumstantia bonum, honestum, ac utile, si
non ideo convalescat, seu validum fiet jurame
tum: juxta regul. juris 18. in 6. Non firmatur in
etia temporis, quod de jure ab initio non subsistit.
g. aliquis contra fidem primorum sponsaliorum
aut voto castitatis adstrictus, cum juramento co
trahit sponsalia cum alia, is mortua priori spons
conjuge, aut impetrata postea dispensatione, vi
ramenti præcedentis non obligatur ad secundam
sponsalia, quippe quæ à principio nulla, & illuc
ta fuerunt. Sanch. I. I. de matr. disp. 50. & I.
moral. s. 9. n. 26. Item si conjux invito, vel igno
rante altero conjuge Religionem juravit, vovit

I Ur
p
comm
valet
non m
tali,
vel o
tnmu
comm
citt.
Jura
quoti
vari
gulae

vel jam professus est, & ideo è Religione reductus,
postea mortuo altero conuge, non est cogendus re-
gredi ad Religionem professam, quippe quæ ab ini-
tio irrita fuit, ut habetur c. quidam, &c. placet. de
convers. conjug. Ubi Abbas pulchram tradit Regu-
lam : *Votum emissum tempore inhabili, non obli-
care, gat tempore habili.* Eadem est ratio juramenti. Si
militer jurâsti sine omni prorsus causa honesta, te
aliquas ædes non aditum, juramentum nullum
fuit: postea supervenit justa causa tales ædes non
ingrediendi, quia ibi habitat persona, quæ peccan-
di causam præbere solet: non obligaris abstinere
ab ingressu vi prioris juramenti, quia ab initio va-
num & irritum fuit. Ita contra Navarr. c. 12. n. 10.
rectè docent Suar. hic lib. 2. c. 19. n. 17. Laym.
lib. 4. tr. 3. c. 6. n. 4.

REGULA II.

Juramentum promissorium factum homini acce-³⁷
ptanti, aut absolute emissum an utilitatem &
commodum certi hominis, Ecclesie, Communitatis,
valet, & obligat in quacunque materia licita, &
non mala moraliter, quæ nimis sine peccato mor-
tali, vel veniali impleri possit) etiam si minus bona,
vel omnino indifferenti; neque in aliud opus, quan-
tnvis melius, Deoque gratius arbitrio jurantis
commutari potest: juxta communissimum DD. &
citt, omnes. Est enim receptissima Juris Regula:
Juramentum homini præstitum servandum esse,
*quotiescumq; sine peccato, seu salutis dispendo ser-
vari potest.* Ratio disparitatis hujus & prioris Re-
gulae est: quia juramentum Dei duntaxat intuitu

D 5

emissum;

58 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

emissum, in qualemque opus melius, Deoq; gratius commutari potest; quia semper præsumtur Deus esse contentus, & remittere obligationes prioris juramenti, ut opus illi acceptius fiat. verò juramentum in hominis utilitatem editum non potest mutari in aliud opus, et si absolutè melius, illi tamen, cui juratum est, minus, vel omnino non utile, quia de hoc contentus esse haud præmitur. Unde qui juravit Titio daturum decal florenos, et si postea advertat longè melius fore, erogaret inter pauperes, obligatur tamen juramento, nisi Titius sponte remitteret, siquidem omnium juramentum hac tacita conditione fiat: *nisi is, cuius gratiam juratur, remittat, aut aliud opus acceptet.* Unde rectè resolvit Navar. l. 3. consil. 4. regul. Alumnos Collegii Anglicani Romæ, qui jurant se absolutis Studiis in Angliam ituros Fidei propagandæ gratiâ, non posse sine dispensatione Religionem ingredi, quia juramentum editum fuit in utilitatem Ecclesiæ Anglicanæ.

38 Malè tamen idem ibidem n. 7. resolvit: illum qui juravit se duceturum hanc puellam, non possit justè Religionem ingredi, nisi priùs eam ducat: contra communem sententiam apud Sanch. l. 1. Mat. disp. 43. q. 1. Nam juramentum sortitur ratione actus cui apponitur. c. quemadmodum de juris rand. contractus autem & promissio Matrimonii semper tacitam hanc conditionem includit: *duc vel ducam te, nisi Religionem ingrediar:* ergo etiam juramentum additum ita & cum tali conditione intelligendum est.

No



Nec obstat casus c. commissum de jurjurand. Nam vir ille juravit intra biennium se nuptias contracturum cum tali, & appropinquante termino cum de Religione mox ingredienda nil certi statuisset, recte respondit Pontifex: *tutius ei est, religione juramenti servat à prius contrahere, & postea si elegerit, ad Religionem migrare.* Sic Pontifex, quia nimirum id etiam facere potest, matrimonio contracto ante consummationem, saltem intra duos primos menses.

Hic incidenter nota duo : I. Eum , qui juravit puellæ acceptanti matrimonium , adhuc posse Religionem ingredi , si promissio liberalis fuit : non item si alio titulo debita , utpote quia puellam defloravit , aut etiam imprægnavit cum gravi ejus infamia aut damno , nisi ipsam ducat ; tunc enim non poterit ingredi Religionem , quia injustum esset , & malum. II. Talem etiam liberaliter promittentem matrimonium , præsestitum cum juramento , non posse suscipere sacros Ordines , quia de solo Religionis ingressu id à Jure est statutum , & nullibi de sacrorum Ordinum susceptione. Et hinc rursus resolves , & explicabis varia juramenta ad praxin.

I. Juramenta Parentum ac Dominorum , qui-
bus jurant, se filium, vel servum tali, vel tali modo
punituros, verberaturos, domo ejecturos, &c. sæ-
piissimè non sunt juramenta , nec obligant: utpote
1. Quia sæpiissimè non adest intentio jurandi , sed
tantum terrendi. 2. Sæpè fiunt ex ira, passione, vel
vindicta , & sic sunt de re saltem venialiter mala ,
ideó-

ideoque nulla. 3. Quia s^æp^e supervenit causa excusans, utpote, quia filius, vel servus se emandavit venia deprecatus est, alii pro eo intercessere (praeferunt matres, quarum lamentis domus impleta est, si filius albæ gallinæ eiiciatur) aut quia aliundi Pater, vel Dominus videt postea melius esse abstinerere à verberibus, alia ratione filium, vel servum commodiūs castigandum, corrigendum, vel emendandum. His seclusis, etsi vera juramenta sint, & obligent, materia tamen levis est, ideoque & levior obligatio, juxta dicenda *scit. seq.* ex communione Sanch. Laym. citr.

40 Idemque sentiendum de juramentis Herarum &c. quibus jurant se dimissuras, diutiū non servaturas hanc, vel illam ancillam: plerumque enim jurant non ex motivo virtutis, vel animo jurandi, sed ex iracundia, impatientia, &c. ideoque non obligantur, nec peccant postea retinendo, ut singuliter observat Gobat. cit. n. 528. & ita s^æp^eius in confessionali respondent. Idem dic de fratre, vel condiscipulo jurante, se apud Patrem, vel Magistrum accusaturum fratrem, vel condiscipulum vel enim ex sola æmulatione, vel vindicta sic jurat vel postea advertit occasionem criminis alia ratione emendabilis fore sibi inutilem, damnofam, vel probrosam, ut passim audiat delator, vulinator, &c. is ibidem.

Eademque tatione generaliter explicanda sunt juramenta de accusando, vel non accusando alterum generatim, juramentum de nunquam accusando, vel passim quemvis accusando, irritum est.

Sect. II. Juramenti validi conditiones &c. 61

& de re mala: nunquam enim accusare, est contra bonum commune, cum s^ep^e accusare necessarium, vel utile sit bono communī; semper autem accusare quemvis, est contra Charitatem & Prudentiam. In particulari autem accusare, & non accusare hunc, vel illum, valebit, vel non valebit juramentum, prout ipsa accusatio licita, honesta, vel illicita, & inhonestā erit, si nimirūm accusatio necessaria, vel valde utilis fore bono communī, aut ipsius rei, aut tertii, valebit juramentum accusandi, si secus, valebit juramentum non accusandi.

II. Juramenta urbanitatis gratiā facta, quibus⁴¹ Viri Nobiles, ac alii honorati juraut, se nolle prae- cedere in sedendo, egrediendo, ingrediendo, &c. plerumque non obligant; quia tacitam includunt conditionem, quantum ad me attinet, non præcedam. Dein juramentum cedens in alterius hono- rem, aut favorem, potest ab ipso remitti: ergo & revera remitti præsumitur, quando alter jure suo cedere contendit, ut alter, qui juraverat, præcedat. Cajetan. aliqui cum Sanch. Laym. cit.

Similiter & juramenta mercatorum, ementium, & vendentium: non vendendi minoris, aut non emendi pluris, ordinariè non sunt juramenta, nec obligant; quia neque in honorem DEI, neque in proximi utilitatem cedunt: quod si cedant in utilitatem proptiam jurantis, jam ille sibi ipsi potest remittere. Quod si tamen in raro casu ita jurares in utilitatem tertii, vel ob bonum commune, v.g. ne pretium frumenti nimirūm crescat, ne merces ni- mis vilescent, certè obligaberis.

Ad.

Adverte autem hic, et si prædicta, & similia sunt juramenta, plerumque tamen non carere græculpa irreverentiæ divini Nominis in vanum sumptu: imò essent vera peccata mortalia per juncti ita seriò jurantes non haberent intentionem ciendi, quod facere, vel non velle facere jurant: qua proin intentione subinde, præfertim mercatores circumforaneos examinare se solitum, mentitur Gobat n. 529.

Denique iidem mercatores dum assertoriè jurenti vel pluris sibi mercem constare, sæpè non perjerant, cùm possit habere bonum sensum nimis tanti, vel pluris sibi constare, non solo pretio mercis, sed æstimate simul labore, curâ, periculis expensis, &c. de quo subintelligendo instruerunt quandoq; à confessario, si eam consuetudine deponere nequeant. Alioquin si absolutè ita furent seriò, perjuros esse mortaliter, nimis cum est.

42 III. Juramenta non propalandi artem (v.g. spiciale medicamentum contra febrim, podagrum, calculum, &c. dicit ab alio Titius sub juramento non communicandi ulli alteri) absolutè non obligare, docent alii cum S. Thom. sup. q. 19. eò quod esset contra charitatem, & reverè est communione. At distinguendum censeo cum Suarez, Fagius, Tamb. l. 3. c. 3. §. 5. n. 6 f. & Gobat. n. 555. quidem bono publico, vel tertio tali morbo laboranti non satis provideretur, nisi communione illa arte, utique juramentum non obligat, ut pro de re mala, & contra charitatem. Quod si ve-

p. I. Sect. II. Juramenti validi conditiones &c. 63

milia bono publico, vel tertio tali morbo laboranti aliun-
rere gnu de satis provideretur, sive per alia medicamenta,
yanum sive per illum unum talis artis conscientium, omnino
per jun obligabit juramentum: quia tunc ex una parte non
ionem est contra charitatem; & ex altera parte esset con-
jurant contra justitiam, & jus illius Magistri, lucrum ex sua
merca privata scientia reportandi, quo absque justa cau-
, men sa privari non potest. Unde cum Busenbaum credo,
oriè jura obligare juramentum servandi secretum pillula-
pè non p rum Francofurtunsium, quia ex illa una officina to-
nimini etio me ri Patriæ, immò toti Europæ, & ultrâ, sufficenter
etio me pericul nstrue studine è ita fa imis a
(v.g. sp dagran rramen non ob .eò qu amuniti Fagus , 555. rbo lab munici it, utpo od si ve ho
milia bono publico, vel tertio tali morbo laboranti aliun-
rere gnu de satis provideretur, sive per alia medicamenta,
yanum sive per illum unum talis artis conscientium, omnino
per jun obligabit juramentum: quia tunc ex una parte non
ionem est contra charitatem; & ex altera parte esset con-
jurant contra justitiam, & jus illius Magistri, lucrum ex sua
merca privata scientia reportandi, quo absque justa cau-
, men sa privari non potest. Unde cum Busenbaum credo,
oriè jura obligare juramentum servandi secretum pillula-
pè non p rum Francofurtunsium, quia ex illa una officina to-
nimini etio me pericul nstrue studine è ita fa imis a
(v.g. sp dagran rramen non ob .eò qu amuniti Fagus , 555. rbo lab munici it, utpo od si ve ho
providetur.

IV. Juramentum non ludendi quocunque lusu, 43
etiam honesto, & moderato, validum est, & obli-
gat, juxta communem DD. etsi enim lusus honestus,
& moderatus licitus sit, ac bonus moraliter ad vir-
tutē Eutrapeliae spectans, vulgo (Freindselichkeit:) attamen melius & perfectius est eo abstinere mor-
tificationis gratiā, ut in aliis licitis, adeoque ma-
teria sufficiens juramenti, sicut & voti. De his la-
tè Sanch. l. mor. c. 18. Certè tamen non valeret ju-
ramentum non ludendi ullo unquam casu cuius-
cunque rationabilissimæ causæ, cum sine dubio
possit contingere casus, in quo melius, & Deo gra-
tius esset ludere lusu quopiam honesto, quam non
ludere, ut vero exemplo S. Francisci Xaverii patet.

Cæterū ex fine à jurante intento resolvī
debent hīc varia dubia:

I. An jurans, solūm lusum immoderatum ex- 44
cluserit, an verò omnem lusum? R. Si solūm in-
tendit vitare jurgia, jacturam bonorum, similiaque
mala,

64 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

mala, solum lusum immoderatum exclusit: ita m
vero voluit se cohibere ab illa delectatione, iact. alius
temporis, &c. omnem etiam moderatum lus. in fav
exclusisse censendus est.

45 II. Quantitas, vel parvitas materiæ, & pec
si talis contra juramentum ludat, unde desume buist
da? R. Si dejurasti lusum, ne pecuniam, vel simili
familiarem prodigè perderes, ab ipso damno n jactu
gno, vel patvo, quod ex tali lusu pateris, vel cu ne in
periculo te scienter exponis, gravis, aut levism ment
tienda est culpa, & non à mora temporis. Ce &c. a
Gobat. n. 526. non damnat te peccati mortalis, ludis
sine periculo amittendi magnam summam, in soleas
grum diem lusu alearum consumas: damnat a non i
tem te lethalis culpæ, si contra tale juramentum 63.
vel unam horulam insumas ludendo aleis cum pe
culo amittendi notabilem quantitatem, statuit Rom
nocivam respectivè, v. g. viginti, triginta flore
rum necessariorum conservationi familiæ, debit
olvendis, &c. Si autem dejurasti lusum, ne tem
pus inutiliter consumeres, à tempore insump
notabili (certè duarum horarum) vel non nota
chorulæ vel dimidiæ culpa pensanda erit. Den
que si solum dejurasti ob mortificationem illi aliqu
delectationis, veniam vix excedes culpam, sen
per enim manet materia levis.

46 III. An tale juramentum non ludendi includ
etiam non ludere per personam intermedium, ut
des alteri pecuniam, ut pro te assidente, & conde
lectante ludat? R. Non includit, nisi finis full
evitare jacturam pecuniæ, seu prodigalitatem, a

clusit: ita manifestè expressisses, non enim tu ludis, sed
ne, jact alius; juramenta autem strictè interpretanda sunt
um lusu in favorem jurantis.

IV. An tale juramentum includat etiam non⁴⁷

& pecu ludere nomine alieno? *R.* Includit, si jurando ha-
desum buisti rationem jacturæ temporis, discordiarum, &
similium. Non includit, si habuisti, rationem vel
mno m jacturam rei familiaris tantum. Quod si finis fuit,
vel cu ne in blasphemias, rixas perjuria, vel illicita jura-
levism menta erumperes, rixosè cum collusore ageres
&c. attendendum erit, an, quando nomine alieno
ortalis, ludis, & tuam pecuniam non perdis, hæc tamen
soleas committere, nec ne; si sic: includit; si secus:
non includit. Ita cum *Castropal. Tamb. cit. §. 5.n.*

63. Ubi hunc subdit casum: Titius profecturus
cum p Romam recipit juramentum à Filio, non lusurum
statuit aleis, donec Pater redierit, is Romæ peste mortuus
a floren redire non potuit. Quærerit filius, an deinceps lu-
dere possit? *Respon. Bonacin.* nunquam posse:
Tamb. rectius resolvit, posse. *Ratio:* quia jura-
mentum est ex animo, & intentione jurantis inter-
pretandum: atqui omnino videtur mens, & inten-
tio filii jurantis non fuisse, nisi abstinere à lusu per
aliquod tempus, illud nimirum, quo esset sub pote-
state Patris absentis, & non in perpetuum; atque
ita sine dubio respondisset, si tunc, quando jura-
vit, interrogatus de hoc suisset; ergo mortuo Pa-
tre juramento amplius obligandus non est. *Quod*
clarius patet, si filius jurasset non ducere uxorem
nisi Pater Româ rediisset, aut non exire domum
atem, *THEOL. MORAL. PAR. III.* *E* dor

66 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. I.

donec Pater à foro rediisset, & is Romæ, vel in
ro subitò extinctus fuisset.

REGULA III.

48 *Juramentum promissorium de re illicita, actione prohibita, vel infirmata lege humana, civili, Ecclesiastica; siquidem illa lex obliget sub cuius irrum est, & nullum: juxta Regulam Canonice non obligat juramentum praesertim contra bonos mores, quo scilicet juratur opus turpe, vel peccatum: si vero illa lex non obliget sub culpa, ramentum valebit, & saltem ex virtute Religio obligabit. Regula certissima est, & communis Theolog. & Canonistar. Ut autem possint niversim discernere, quandonam leges positivæ humanæ obligent in conscientia, & sub culpa, vel non obligent, sanè hoc opus, hic labor est. Ex comuni Sanch. l. 3. c. 9. n. 31. Has duas traditio- gulas.*

49 I. Leges prohibentes aliquam pactionem, quamvis actionem, quarum finis proximus commune bonum Reipublicæ, v. g. quibus Clericorum immunitas, publicorum judiciorum ingritis, rerum ad communem victimum necessariarum pretia statuuntur, aut in favorem tertii: ut, quod liberis certa portio debearur, ne libri ab alio, quod certo Typographo imprimantur &c. obligantur culpa, ita ut eis, nec accidente juramento, conveniri possit. Ratio: quia tale juramentum verde re iusta, & illicita, adeoque irrum est, ac non illum. Exempl. g. juravit Clericus propria auctoritate renuntiare privilegio fori, immunitatis Ecclesie.

siæ, aut alienare bona Ecclesiastica. Item jurâsti crimen aliquod non manifestaturum Judici legitime interroganti, aut alterum de crimine Reipubl. Pernitioso non accusatum: uxorem & liberos domo ejecturum. Item juravit Mercator, frumenta extra Provinciam distracturum contra legem inhibentem, aut Typographus librum impressum, cuius privilegium habet alter &c. jumenta nulla sunt, & irrita, quia de re illicita, ac prohibita per leges latas in bonum Reipubl. & favorem tertii, adeoque sub culpa obligantes.

II. Leges prohibentes, vel infirmantes aliquam pactionem, vel actionem quamcunque in favorem ipsius pacientis, vel promittentis, ne scilicet is gravetur, vel detrimentum patiatur: ut non esse solvendas pecunias lusu vetito perditas, usuras non reddendas &c. non solent obligare sub culpa, adeoque accidente juramento eis contraveniri non potest; idque ex ipsa juris communis dispositione, juxta communem regulam, c. si vero. & c. cum contingat. de jurejurand. Omne juramentum editum in alterius utilitatem servandum est, si sine salutis dispendio (id est sine peccato) servari potest: atqui si lex contraria in conscientia sub culpa non obliget, jam juramentum de tali re prohibita sine salutis dispendio servari potest: ergo debebit. Exempla plurima sunt in Jure utroque. Lex civilis rescindit obligationem solvendi pecunias lusus alearum perditas, ac reddendi usuras in favorem utique ipsorum ludentium, vel mutuantium: at si quis juret se solutum, tenetur juramento vi Religiosis,



nis, quia Deum in testem invocavit: & est de
licita, quæ sine salutis dispendio servari potest.
Item alienatio fundi dotalis secundum leges civitatis
irrita est, si tamen ea mulier sine vi, aut dolo juri-
mento confirmet, valida evadet. c. *Cum contingat*
Item pactum renuntiationis de non succedendo
paterna hæreditate, secundum leges irritum est
accedente juramento observandum. c. *quamvis*
Etum, de pact. in 6. Item contractus Minorennes
ne Curatoris autoritate in alienatione rerum im-
mobilium, jure Civili inefficax est, & rescinditur
test: at accedente juramento inviolabiliter obser-
vi debet *authentica. Sacra menta puberum.* Idem
est de filios familias mutuum accipiente sine co-
fensu patris. Item si mulier pro alio fidejubeat,
obligatur efficaciter ob privilegium *Senatus O-*
fulti Velleiani, adhibitò tamen juramento, obliga-
tur, *argumentum c. ex prescripto. de jure jura.*
Plurima alia exempla congerit ex Sanch. Laym.
c. 6. n. 7. Ratio omnium est, quia illæ leges la-
tin favorem promittentis, non obligant sub cultu
cum quilibet possit renuntiare suo favori, adeo
relinquunt actionem licitam, & consequenter
pacem obligationis juramenti, quantum est ex vi
tute Religionis, et si non ex virtute Justitiae, co-
enim eæ pactiones ex se sint jure rescissæ, non
testoriri obligatio Justitiae, nec alter jus acquirit
juxta communiorum sententiam DD. Omnia
quidem verissima sunt; at quia in praxi adhuc manet
difficile discernere semper in particulari, utrum
hæc, aut illa lex in particulari respiciat bonum
bonum

est de commune , vel privatum talis hominis , cùm certe
ri potest omnis lex tendat ad bonum publicum , ideo

III. Clarius , & expeditor Regula traditur à 51

Castropalao apud Tamb. sòpè cit. l. 3. c. 3. §. 5.

n. 42. Juramentum contra leges prohibentes aliquid
non valet , nec obligat : at vero juramentum contra
leges permittentes tantum validum est , & obli-

gatorium . *Ratio est* : Quia non valet juramentum

contra bonum publicum : atqui jurare rem prohi-

bitam lege humana justa , seu civili , seu Ecclesiasti-

ca , semper est contra bonum publicum , omni lege

justa prohibente principaliter intentum ; non item

jurare aliquid contra legem permittentem tantum ,

et si ultimata quoque ad bonum publicum , tamen

immediatè regulariter in favorem operantis , quò

nemo uti tenetur : ergo . Vides hac Regula clarius

regulari exempla utriusque regulæ præcedentis ,

quia enim in exemplis primæ regulæ juratur con-

tra leges prohibentes , nullum est juramentum ; at

quia in exemplis secundæ regulæ juratur contra le-

ges permittentes tantum (non enim prohibetur ,

sed permittunt tantum leges usuras , vel per lusum

perditas pecunias non solvere vel solutas repetere ,

non solvi à filio familias mutuum , inscio Patre , ac-

ceptum &c.) ideò validè , ac obligatoriè juras tale

mutuum reddere , usuras , vel tales pecunias lusu

perditas solvere , ac solutas non repetere , non enim

facis contra legem prohibentem , sed permitten-

tem tantum . Similiter in alio exemplo : prohibent

quidem leges fundum dotalem alienari : at non

prohibent , sed permittunt tantum , si fundus defa-

70 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

Et si alienatus sit, rescissionem petere. Hinc si
rāsti, te fundum talem venditum, nullum e
juramentum, quia contra legem prohibentem
si defacto vendis, validè juras, te non petitum
rescissionem, quia hoc est tantum contra leg
permittentem.

§2 IV. Juramentum additum contractui irri
per leges positivas tantum, valet, & obligat ex
tute Religionis ad implendum, nisi lex illa cont
rum etiam juratum, seu cum juramento fact
irritet: quemadmodum Concil. Trid. Sess. 2.
16. de Regular. irritavit renuntiationem ei
juratam Novitii, nisi certis conditionibus assig
atis: & matrimonium gravi injusto metu extor
accidente etiam juramento, invalidum decernit.
6. 2. de co, qui duxit. Ratio: Quia tunc Ecclesia
luit antecedenter propter bonum commune,
irritavit, sive relaxavit illud juramentum. Re
dicti ex dictis patet, quia irritatio contractus
semper fit in favorem contrahentis, ideoque
conscientia non obligat, & consequenter acced
te juramento confirmatur. Exempla habes n
supra n. 50.

§3 At hic quæstio valde Juridica, & intricata:
an contractus jure positivo humano invalidus
dito juramento ita confirmetur, ut non tantum
Religione, sed etiam ex justitia obliget, seu
Justitiae tribuat illi, in cuius favorem juratur:
alienavit uxor fundum dotalem: contractus j
positivo invalidus est: si addatur juramentum, si
vandus erit ex virtute Religionis, ut iura clare
cernunt. Quæritur jam, an etiam servandus ex

Sect. II. Juramenti validi conditiones &c. 71

Hinc si
lum d
entem
petitum
tra leg
i irru
gat ex
la cont
o fact
ff. 25.
em en
; assig
xtoru
ecernit
clesia
ne,
R
tractu
eoque
acced
bes II
icata
lidos
ntum
, seu
tur :
tus ja
um;
clarer
us ex
stitia, ut alter jus justitiæ habeat ad fundum retinendum, etiamsi juramentum relaxaretur? Affirmat sanè communior sententia DD. cum Sanch. l. 3. mor. c. 12. n. 5. & 11. latè Lugo de just. tom. 2. disp. 22. sect. 2. a. n. 202. & 206. non contemnendis fundamentis. Quos videre potes. Sed vera probabilis, & in conscientia tuta est sententia negativa apud Tamb. cit. c. 3. §. 6. n. 6. Ratio solida est; quia quodjuramentum addat vim justitiæ, non habetur ex vi juramenti, quia juramentum est accessorium contractui, & relinquit illum sicuti est; nec quidquam addit firmitatis, nisi quantum ex se habet, nimirum vim religionis: neque id habetur ex jure positivo, nulla enim jura dicunt, ita confirmari contractus juramento, ut novum jus justitiæ inducant, sed solum dicunt, debere servari inviolabiliter: & quandoque disertè addunt: in reverentiā juramenti, vel quid simile: ergò solum Religionis obligationem agnoscent iura, justitiæ autem jus addere, non Juris, sed Juristarum commentum est. Deniq; sermo tantum fuit de actibus, vel contractibus jure tantum positivo prohibitis, vel irritis; nimis enim certum est, nō valere juramenta de actibus, vel contractibus facta contra jus naturale, vel divinum, utpote usurariis, simoniacis &c.

REGULA IV.

Juramentum promissorum etiamsi ex parte actus ^{§ 4}
illicitè seu peccaminose emissum, dummodo sit de
re licita, queq; absq; peccato vel injuria Reipubli-
cæ, vel tertii adimpleri possit, validum est, & obli-
gat ad sui impletionem, v. g. si jurasti cum magna



irreverentia, & blasphemia, adeoq; non sine morali culpa, alteri justo pretio vendere equum, aliud lictum est præstare : jurâsti absque necessitate, Etè rationabili causa usurario usuras solvere &c. per casti jurando, sed juramento teneris ; quia de re cœcta, quæ sine peccato impleri potest, juxta regulas canonicas sœpè repetitas. Exemp. particularia lex, vel feramus.

55 1. Juramentum factum ad finem malum : Adolescens jurat puellæ, tot ducatos dare, si copiam faciat : jurâsti alteri certam summam dare, si inimicum tuum occidat, mutilet, malefici inficiat &c. juramenta in actu mortaliter mala ex malitia finis ; & ante opus turpe impletum non rescindenda ; attamen post opus turpe impletum ad solvendum promissum omnino convalescunt, & obligant : secundum communem conceptam sententiam DD. cum Sanch. cit. l. 3. c. 9. 2. Laym. c. 6. n. 2. Ratio est, quia juramentum seu divini Nominis invocatio non applicatur super ipsum contractum, vel promissionem operis honesti, vel peccaminosi ipsius (quod sacrilegium blasphemum, & utique irritum esset) sed cedit locum super promissionem solvendæ mercedis conditione operis turpis promissi: atqui solutionis mercedis de se licita, & absque peccato, vel injuria Reipublicæ, vel tertii impleri potest: ergo valet illud juramentum juxta receptam Juris Regulam : omne juramentum editum in utilitatem alterius servandum est, si sine salutis dispensatione vari potest. Impropriè ergo loquuntur quidam DD. onem præsertim Canonistæ, dum dicunt : juramentum il-



ne mor lictum servandum non esse, cùm dicere deberent:
n, aliud juramentum de re illicita servari non debere, ut re-
sitate. Etè notat Laym. c. 6. n. 2.

&c. p. II. Juramentum contra legem, vel præceptum ⁵⁶
de re superioris, v. g. donandi aliquid, seu obsequium
a reg aliquod præstandi, distinguendum est: quodlibet enim
ularia lex, vel præceptum Superioris (idemque est de vo-
to proprio non jurandi) solùm prohibeat ipsa jura-
menta fieri, non autem ipsam rem promissam, ju-
, si co ramentum contra factum, et si illicitum, validum
summa tamen erit, & obligabit; quia manet de re licita jux-
malefic ta rationem datam superius: at verò si lex, vel præ-
ceptum Superioris non sit tantum de non jurando
sed etiam ipsam rem promissam prohibeat, vel ex-
cludat, v. g. non donare, vel tale obsequium non
præstare, &c. jam juramentum contra factum erit
nullum; quia non solum ipsum est illicitum, sed eti-
am est de re illicita, utpote justo præcepto prohi-
bita, seu voto exclusâ factum. Atque eadem ratione

III. Juramentum contra aliud juramentum vel ⁵⁷
votum, v. g. jurasti, vel vovisti castitatem, posteà
cum juramento promittis ducere hanc puellam,
&c. Sine dubio irritum est, & non obligat; quia non
solum ipsum juramentum in actu illicitum est, &
peccatum, sed est etiam de re mala, & illicita facta
per prius juramentum, vel votum.

Audi casum: Petrus juravit ducere Annam, posteà
contra hoc juramentum jurat ducere Catharinam,
juramento pronunc irrito, ob dictam causam, in-
terim Anna prior sponsa sponte remittit promissi-
onem Petro, teneturne posteà Petrus vi juramenti

E s duce-

74 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I
ducere Catharinam, &c. Non teneri, quia qui
initio invalidum fuit, tractu temporis non fin-
tur, aut convalescit: at posterius juramentum.
Catharina ab initio invalidum fuit, quia fuit
illicita facta per prius juramentum cum Annac
postea convalescere non potest. Interim tamen
lent contractus, & dispositiones actuales de-
fensi factae contra prius juramentum promissio-
rantum de futuro, ut in casu posito: jurasti du-
Annam. & postea cum, vel sine juramento Cat-
harinam defacto ducis, jurasti non vendere tuum e-
aut vendere Petro, postea tamen vendis Paulo,
sterius matrimonium, ac venditio posterior va-
funt; quia per priusjuramentū non tollitur po-
tia jurante validē agendi, quod aliās validē posse
solūm, ut non possit amplius licetē. Sed de
plura alibi.

58 IV. Juramentum nimis prodigum, ut si ab
ulla ratione, adeōq; non absq; prodigalitatis
jurasti, alteri donare grandem sumam, v.g. mille
renos, utiq; illicitum fuit. At obligatne? affir-
cum aliis *Sanch.* quia licet promittendo pec-
prodigē jurans, non tamen peccabis exequendo
solvendo debitnm contractum juramento. Ne-
cum aliis *Tamb. cit. §. 5. n. 10.* Quia quando pro-
ficio est prodiga, etiam ipsa datio, seu donatio
prodiga; ideoque juramentum est de re venial-
mala, eōq; ipso nullum. Alii distingunt: Juram-
entum nimis valere quo ad partem, qua promi-
prodiga non est, non item quoad excessum. Si
quia juramentum ob reverentiam divini Nomis
assumpti alteri servari debet, quando, & quanto

potest sine peccato servari: at hīc sine peccato servari potest quoad partem non prodigā, quoad excessum verò non potest servari sine peccato venialī saltem prodigalitatis, ideoq; pro hac parte non valabit. Nec obstat, quod promissio mille florenorum fuerit facta per modum unius summæ, vel quantitatis; hanc enim conditionem videntur includere promissiones illæ factæ ad certam quantitatem, vel numerum: *tantum dabo, si tantum potero, secundus, dabo, quantum potero.* Certè qui mille florenos vovisset Deo, & non posset, nisi quinquaginta florenos dare, ab omnibus obligatus manet. Simile videtur in proposito. Sed tu elige sententiam, quæ magis placet.

ASSERTIO V.

Juramentum promissorium obligat ad promissio-⁵⁹
nem juratam sibi mortali aliquem, saltem ex gene-
re suo, omnium DD. consensu: quia res est gra-
vissimi momenti, reddere verum invocatum Divi-
num Testimonium, & fidei iussionem adimplendo
rem juramento promissam. *Ita omnes.* Exceptā
controversiā, an ex partite materiæ possit fieri ve-
nialis juramenti promissorii violatio, de quo, & to-
ta ratione peccati ex professo §. seq. Hic solum ad
naturam hujus obligationis discernendam traden-
dæ iterum sunt aliquot regulæ.

R E G U L A I.

Juramentum cuiuscunque obligatio principaliter est⁶⁰
ex virtute Religionis, & secundi præcepti Decalo-
gi, de non assumendo Nomen Dei in vanum, multò
minus in falsum, sed rationabiliter cum reveren-
tia, & veritate: & quidem juramentum promisso-

rium absolutum per se stans aut confirmatoris ex promissionis factæ ipsi Deo, solam habet obligatum jurem ex virtute Religionis, ut *Set. I. §.4.* exp̄ ius gratum est: At verò juramentum promissorium committitum homini seu confirmatorium promissionis II. factæ homini, eam promissionem acceptanti, duobus missis habet obligationem, & ex virtute Religionis scilicet ratione juramenti, & ex virtute Fidelitatis, & iuris in formis reddendi alteri, quod suum est; cum promissio cadat in debitum. *Deinde* prorsus omne iuramentum validè factum juxta Regulas *Assert. praecep̄tis* obligat semper in foro conscientiæ: at non s̄ per etiam in foro externo, ita ut de eo in iudicio institui possit. Quando ergo, & quando nō latè videre potes apud *Mol. Laym. Sanch. alios* *citt.* Tu accipe compendio.

61 I. Juramenta absoluta per se stantia, & solum Deo facta, ut si jurasti absolute te Ecclesiam ad caturum, Eleemosynam daturum, &c. nemine promissionem acceptante, non obligant in foro externo, neque actionem in iudicio pariunt. *Omnis* actio clara est: quia actio est jus prosequendi in iudicio, quod sibi debetur: sed in tali juramento se stante, aut solum ipsi Deo facto, nulla obligatio, seu debitum justitiæ erga hominem (nisi enim homine acceptante, nullum jus oriri posse in foro aut iudicio externo) sed solum adest obligatio Religionis erga Deum: ergo hic non est ius obligationi civili, & propriè dictæ actionis: nihilominus tamen in foro externo Ecclesiae Justitiam quam curam divini Honoris, & Religio-

firmatoris ex officio talem compellere debet ad servandum juramentum: quod judicis officium is, in cuius 4. exp*l* jus gratiam juratum est, implorare poterit, ut ex torum communi notat Laym.

missionis II. Omne juramentum confirmatorium pro-⁶² nti, du*m*issionis factæ homini legitimè factum; in materia Religio scilicet honesta & licita, atque acceptatum, obligatatis, & i*n* in foro externo, ut de eo actio concedatur in judicium promissio. *Omnes.* Ratio est: quia hoc juramentum non e*st* juramentum inducit obligationem Religionis erga Deum, sed etiam confirmat naturalem obligationem fidelitatis, & justitiae erga hominem, quam i*us* tam civile, quam Ecclesiasticum acceptat, & ad ejus implementatione compellit, maximè ob reverentiā juramenti.

III. Juramenta confirmatoria promissionis factæ⁶³ homini, & acceptatae, de re prohibita, aut infirmata Lege humana, non tamen obligante in conscientia, sed permittente tantum (juxta dicta *Assert. præcedentis* Regula III. N. III, & IV.) etsi alioquin valida sint, & in foro conscientiae obligent, ut etiam super iis observandis officium Judicis implorari possit; non tamen obligant in foro externo, neque de eis actio conceditur: quia nimirum in nostra sententia illis contractibus juramentum nullū addit i*us* justitiae, sed solam obligationem Religionis. Oppositū dicetur in sententia opposita. Idq; certissimum est, quando juramentū continet turpitudinem ex parte exigentis: ut si jurasti usuras solvere, & negligas, non poteris compelli in foro externo ad solvendū. Idémq; universaliter dicendum de omni j*uramento* per injuriam, dolo, vel metu injusto extorto.

IV. In

78 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

64 IV. In neutro, neque interno conscientia, que externo judicij foro obligant juramenta de re alioquin licita, sed prohibita, aut infirma. Lege humana prohibente, seu sub culpa obligata juxta dicta supra loco cit. Hæc compendio.

REGULA II.

65 Juramenti promissorii obligatio propria, & pri
cipalis ex virtute Religiosis in utroq; foro omni de ad
i personalis est, neq; ad hæredes, vel successores, j
antristransit; secundus est de obligatione ex virtute j
ustitiae. Communissima cum Sanch. l. 3. moral. n.
init. Castropal. Tamb. cit. §. 6. n. 1. allii. Ratio g
eneralis est: quia nullus potest contrahere obligati
onem ex vi juramenti, nisi habeat intentionem
randi: at qui solus ipse jurans, non autem ejus ha
rel successor jurantis unquam habuit intentionem
jurandi, et si subinde habeat, & habere debeat int
entionem contrahendi debitum justitiae; ergo, &
Hinc resolvas

66 I. Si juramentum sit absolutum, & per se stans, ve
te Ecclesiam ædificaturum, puellam aliquam do
turum, pauperem aliquem alitrum, absq; prom
issione Deo, aut homini determinatè facta, &c. nu
omnino obligatio oritur ad hæredes jurante de
functo; quia ibi sola est obligatio virtutis Religio
nis, quæ unà cum jurante extinguitur. Cum mun
ma. Quamvis Abbas in c. cum contingat. n. 8. p
probabiliter doceat, si juramentum tale in gratia
alterius editum sit, hæredem posse conveniri, no
actione aliqua proprièdicta contra eū ex obligatione
Justitiae, sed obligatione Charitatis ad exoneran
dam

Sect. II. Juramenti validi conditiones &c. 79

Cap. I. *dam defuncti conscientiam, dicens: licet juramen-*
tum non transeat ad heredes, servare tamen tenen-
menta, ne ledant defuncti conscientiam. Est sanè sic
at infirm consilendum à confessario; at non urget, sicque
obligat nec vix urgebit.

II. Juramentum confirmatorium promissionis⁶⁷
factæ Deo, seu votum juratum, personale quidem
de actione ab ipso jurante exercenda: ut ingredien-
di Religionem, talem puellam ducendi, &c. manet
personale, neque ad hæredem transit ob eandem
rationem. At verò tale juramentum reale de aliqua
re præstanda, quæ per alterum præstari potest, v.g.
tantam eleemosynam erogandi, vel talem pauperē
alendi, &c. omnino transit ad hæredes jurantis,
non quidem vi juramenti ex virtute Religionis, sed
vi contractū alicujus: vel quia Deus ipse tale ju-
ramentum, seu votum juratum ad utilitatem Ec-
clesiæ, vel pauperis, pro ipsis acceptavit, ut piè
*vult *Sanch. cit. n. 5.* Vel potius, quia Jus Canonici-*
& Civile statuit non adiri hæreditatem, nisi
sub conditione exequendi omnia onera realia, a-
deoq; etiam juramenta, & vota realia, decedentis:
dummodo hæc non sint per injuriam extorta: ut
*vult, & bene probat *Castropalaus* apud Tambur.*
cit. l. 3. c. 3. §. 7. n. 5.

III. Juramentum promissorium, & confirmato-⁶⁸
rium promissionis factæ homini acceptanti, omni-
nō transit ad hæredes jurantis; sed iterum non quo-
ad obligationem datam; sed solùm ex virtute justi-
tæ vi pacti, aut contractū impliciti, quo hæres de-

ber

80 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I. Se
bet in se suscipere omnia onera realia , seu ^{quam} obligationes decedentis, secundum vires hæred ^{Unde} tis aditæ, sicut succedit in omnia commoda, & ^{prasti} Quod insuper verum est, quando præcessit à ju ^{ram} te specialis contractus, ut si tu cum juramento ^{omni} vendidisti Petro acceptanti, eoque nondum trad ^{tump} defungeris, utique tuus hætes tenetur equum ex ut tradere Petro, non vi juramenti, sed vi contradi ^{exiger} ut dictum est. Quin etiam, si quis exprefse juri ^{tan: u} (ut sæpè fit) pro se , & suis hæredibus , adhuc ^{totur} men obligatio non transit ad hæredes vi juram ^{dæ lati}, & ex virtute Religionis, sed tantum ex vi p ^oitetur vel contractus prædicti ex virtute Justitiae ; ^Umult ^{hæredes non impletentes juramenta promissoria Rati} lia defunctorum , non peccant perjuriō contra Relig ^{tutem Religionis , sed tantum injustitiæ peccati justitiæ} contra virtutem justitiae. Laym

69 IV. Insuper juramenti promissori facti hom ^{acceptanti obligatio etiam transit ad hæredes JU} minis illius, cui juratum est, non tantum in inter ^{sei} conscientiæ , sed etiam in externo judicii foro, verbac ^{ii actionem instituere possint , juxta communetur. C} DD. apud Laym. cit. lib. 4. tr. 3. c. 10. n. 5. & c. 3. 2. militer ex leg. si pactum. ff. de probat. ubi habet enim pactum tibi factum ad hæredem quoque tuum vores tendi, licet expressum non fuerit ; juramentum ^{pe} tem suscipit naruram , & conditiones pacti, ideoq ^{promissionis, cui apponitur; ergo, &c. Et c. veri cūm q} tis. de jurejurand. dicitur: Vasallum, qui juravit stricte Prælato fidelitatem, aut obedientiam , etiam ea Nec dem sine novo juramento debere successorib ^{favor} quan ^T

a, seut quamvis eorum expressa mentio facta non fuerit.
es hæredes Unde qui tibi juramento promisit equum, & non
oda, & præstít ante mortem tuam, tenebitur vi ipsius ju-
essit à ju ramenti præstare hæredibus tuis. Denique in his
mento omnibus semper excipiendum est, nisi juramen-
dum tradumper injuriam extortum sit; nam universaliter
equum ex uramento turpitudinem continente ex parte
contradicte exigentis juramentum, vel acceptantis rem jura-
re fuisse juramentum: ut si juramentum metu gravi, vel injusto ex-
s, adhuc totum sit, v. g. si jurasti usuras solvere pecuniam
vi jurandæ latroni, datas non repetere &c. nulla omnino
ex vi patitur obligatio ad hæredes jurantis defuncti
titia; (multò minus ad hæredes illius, cui juratum est)
missoria Ratio ex dictis patet: quia ibi fuit sola obligatio
contra Religionis ex juramento, nulla autem obligatio
æ peccati justitiae erga alterum. Communis DD. cum Sanch.

Laym. aliis cit.

REGULA III.

Uramenta in dubio strictè interpretanda sunt, 70
in inter se in favorem juranis, ut servatâ proprietate
ii foro, verborum, quantò minore potest, obligatio induca-
ommundatur. Communissima DP. cam Suar. l. 2. de juram.
D. n. 5. &c. 32. n. 7. Sanch. Laym. cit. c. 9. n. 1. alii passim. Est
bi habet enim notissima Regula Iustis in 6. odiare restringi, fa-
tuum tuum vores convenit ampliare: pramenti autem obliga-
mentum pertinet ad materiam idiosam, seu onerosam,
pacti, ideoque restringi debet in favorem ipsius jurantis,
c. veri cùmque gravissima sit obligatio juramenti, meritò
juravit strictè interpretari debet ob periculum perjurii.
etiam e. Nec obstat, quod juramentum videatur cedere in
cessoribus favorem Religionis, sicut otum, ideoque latè inter-
qua. THEOL. MORAL. PARS II. F pre-

pretandum: Negatur enim consequentia; Nam ligio non promovetur interpretando juramen vel vota latius quam intendat jurans, vel voto aut quam ejus verba cogunt interpretari; immo fuerit magis benigna interpretatio, eò frequenter servabuntur; tantò autem infrequentius, quod durior fuerit interpretatio; ut sapienter obserunt. E. Suar. l.cit. Accipe exempla, & insuper pro variis casibus aliquot regulas specialiores.

71 I. Qui jurat se ingressum Religionem inde tè, quamlibet, etiam minùs strictam ingredi posse. Qui jurat Ecclesiæ dæ calicem, postea dubit an aureum, vel argenteum, satisfacit dando argenteum. Juramentum de levandis Statutis alicui sub nomine. Communis apud Laym. c. 9. n. 1. Qui se alicui obtemperatur in omnibus, intentus, quantum est, nisi illicita, vel aimis ardua, vel sua materia non convenientia imparet. Item qui juret non statutum prudentum virorum judicio, intentum; cito tandem est, nisi manifestè in qua judicent: ut etiam nobetur c. quintavallis, de Jurejurand. Quò specie omnino communiter axiomata ID. Juramentum boniculpa. G de præstitum, non est excedendum ultra inter munis D nem jurantis vero similiter presumendam. Jurat se mentum non est excedendum ad incognita, sive cuius, ne quibus jurans non cogitavit. In generali promissione, vel juramento non veniunt ea, quæ quis vel juramento militare non promisisset, si in mentem venissent, clesiæ, promittere non potuisse.

II. Juramentum præstitum circa materiam juris,⁷²
interpretandum est secundum limites Juris: v. g.
si juret Clericus residentiam absolutè, potest tamen
ion residere in casibus à Jure concessis. Qui jurat
ervare Statuta Collegii, Universitatis, &c. potest
ion servare ea, quæ legitima desuetudine abrogata
unt. Et universaliter juramentum de servandis
statutis alicujus Communitatis interpretandum est
secundum differentiam statutorum: ex intentione
Legislatoris, & loci consuetudine, communique
interpretatione obligationis: utpote si statuta obli-
gant sub mortali, vel veniali, obligatio quoq; jura-
menti, ejusq; transgressio mortal is, vel venialis erit;
obligatio quoque juramenti, ejusque transgressio
vel nullius culpæ erit, dummodò paratus sis pænam
obligsolvere. Item juramentum de servando secreto a.
Qui storum in Concilio, Capitulo, &c. interpretandum
interest, quatenus materia secretum postulat: ita ut eis
vel circa materiam magni momenti, quam multum in-
uijuntur sit non evulgari, obliget sub mortali juramen-
tum; circa materiam levem sub veniali; circa ma-
nt: ut etiam nullius momenti, cujus evulgatio nullum
spec omnino in commodum adferre queat, sub nulla
culpa. *Gloss. & Abb. in c. Ego de jurejurand. Com-*
intimunis DD. apud Sanch. & Laym. citt. Item qui
m. *Iurat se staturum sententiâ Ecclesiæ, vel Judicis ali-*
ta, sive ius, non obstante hoc juramento, vel sententiâ
promulatâ, appellare potest, sicut ei jura concedunt. Item
is vejuramentum Episcopi de non alienandi bonis Ec-
clesiæ, interpretandum est de alienatione illicitâ

84 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I. ardiū
tantūm ut potè sine causa necessitatis , vel utilitatū
& sine requisita juris solemnitate. Innoc. in c.c.
omnes de constitut.

73 III. Juramentum nunquam censetur factum
præjudicium tertii ; quia fuisse illicitum. Habe
in Jure tit.de jurejurand. Hinc qui juravit sec
tum servare alicujus , si ex secreto immineret al
tertio malum, potest ei revelare : quia hunc juva
& alteri non obesse potest. Qui juravit solv
creditorem posteriorem, potest & tenetur solv
creditorem priorem, posthabito altero , si utri
non sufficiat. Qui juravit non discedere ab
loco , aut longam peregrinationem instituere,
test, & tenetur secùs facere , si legitimus Super
secùs jubeat, quia alias esset in præjudicium Super
oris secùs jubentis, ideòq; de re illicita, & nullo

74 IV. Principalis , & semper præ oculis habet
regula sit: *juramentum promissorium sortitur
ditiones, & qualitates actus, cui adiicitur. Co
munissima DD. apud Gob. cit. Cas. 16. n. 504
latè Suar. cit. lib. 2. de jurament. c. 3 2. ac Sanch
I. de matr. Disp. 52. Et Barbos. in axiomat. me
tò axiomatibus juridicis accenset has duas prop
ositiones : I. *Juramentum regulatur secundum
tiram actus, cui additur. Et II. Juramentum
auget obligationē, sed ei intra suos limites man
addit Religionis vinculum: nimirūm juramento
non auget obligationem actus extensivè, quia po
missionem non solet extendere ad plures calu
quàm ea extenderetur, si non vestiretur juramen
sed auget tamen semper intensivè, quia efficit,
promissio , cui additum est juramentum, obl**

ip. I. ardiūs, & severius, quia juramentum superadditum vinculo solius fidelitatis, vel justitiae, superadditum vinculum Religionis. Unde juramentum eodem modo interpretandum erit, quo interpretatur, & explicatur ipsa promissio per se, seclusa juramento.

Excipe tamen cum Lessio l. 2. de justit. c. 42. 75
dubitatur 6. n. 32. casum, quo exigitur juramentum
ea ipsa intentione, ut excludantur conditiones, quae
incurrant, aut non inerant nudae promissioni: Ut si
Medicus promisit servire Communitati, vi nudae
promissionis non tenebitur servire tempore pestis:
si juramento exacto promissionem ad eum casum
extendat, jam obligabitur: & ta in similibus.

REGULA IV. GENERALIS.

Juramentum promissorium quantumvis absolu-76
te, & in terminis generalissimis conceptum,
tacite tamen semper includit, & sub intellectas ha-
bet conditiones, seu limitationes alias, quas ex-
primunt partim G. oss. in c. quemadmodum, de ju-
rejurand. partim DD. citati & citandi.

Prima conditio: si potuero: Quia impossibilium⁷⁷
nulla est obligatio: quod intelligendum est, non
solum de potentia, vel impotentia naturali, & phy-
sica, sed etiam de potentia morali; eaque dupli: I.
ex jure: videlicet si potuero sine peccato: moraliter
enim dicitur esse impossibile, quod facere non pos-
sumus sine peccato: & id solum posse dicimus, quod
de jure, & honeste facere possumus. L. Nepos. ff. de
verb. signif. Et. juramentum non debet esse vincu-
lum iniquitat. c. cum contingat de jurejurand.

F 3

II. Ex

86 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I. 86

II. Ex facto: Ut nimirum possimus sine grand
ficultate, & incommodo, etenim universim
sentur impossibilia moraliter, quæ impleta
tem, existimationem, aut verecundiam no
lædunt, inquit Paulus, L. Generaliter. ff. de
obligat. sitamen ejusmodi difficultas, seu imp
bilitas moralis defacto tibi erat perspecta, qui
jurasti, v.g. inire militiam, servire infirmis, &c.
seris te obligasse etiam ad illam exantlandam. Eto
si tunc non fuit prævisa, ut benè notat Gobat
496. Quod si una pars rei promissæ, & jurati
impossibilis vel illicita, altera verò possibilis,
cita, & una sine dependentia ab altera promissa
& servari possit, tunc pars possibilis, & licita
vanda erit: quia *utile per inutile non vitatur*,
ta regul. Juris: si nimirum utile ab inutile sepa
possit, & sine dependentia ab illo promissum potest
rat. DD. communiter in regulam Juris 37. in 6. ti in e
peregrinationem ad Ædem Lauretanam, & cu
oblationem centum florenorum, si hanc non po
potes autem illam, teneris.

78 Secunda conditio: *Salvo jure, & authoritat
erioris*: si nimirum is juramentum sibi pra
cans irritare, aut alias ob justam causam relax
vel in eo dispensare, aut quomodolibet ex justi
thoritate aliter disponere voluerit, c. venienti
nostram 3. de jure jurand. Et c. non est de voto, At
ubi dicitur: Non est dicendus transgressor voti
quod votit, authoritate Sedis Apostolicae dis
adimplere. Idem est de juramento.

79 Tertia conditio: *Si u. in eius gratiam, & nava*

e grandem juratum est, voluerit acceptare: aut: nisi is obliationem expressè vel tacitè remittat. Ubi nota, npletam juamentum promissorium posse fieri homini, aut in iuratiom hominis dupliciter: 1. non directè in ejus utilitatem, sed solum ad honorem Dei, ac salutem propriam jurantis: ut si quis juret confessario deale opus bonum facturum, Religionem ingressum, tali peccato imposterum abstinere velle &c. Enoc casu recte inquit S. Th. 2. 2. q. 89. a. 9. ille, Gobat cu promittitur, non potest absolvere promittentem, quia promissio non est facta ei principaliter, & juratibilis, vel Deo. 2. Directè in ejus utilitatem, ut si jures, te non aliam ducturum, nisi Titiam; Titio centum aureos daturum, &c. & tunc omnium consensu, altero remittente obligationem, cessat obligatio iuramenti. 3. Denique juamentum promissorium potest fieri principaliter Deo per modum voti iuramenti in ejus honorem, simultamen in utilitatem alieni, & in cuius certi hominis, ut potè de præstanto aliquo opere Charitatis, aut misericordiæ erga certum hominem, v.g. te puellæ pauperi dotem daturum, tali Ecclesiæ, aut Monasterio tantam sumam daturum, &c. & tunc rursus certum est, cessare obligationem juramenti, si altera persona, in cuius utilitate Deo ex justitia, beneficium respuat, vel acceptare nolit.

At dubium valdè est, si illa persona beneficium quidem non respuat, ut sibi non acceptum, nolit tamen te jurantem ad id obligare, sed in tui gratiam obligationem remittat, & liberum relinquat: an id sufficiat ad relaxationem juramenti? Affirmant Navar. Henr. ali cum Sanch. l. 1. de Matr.

Disp. 52.n.6. quia Deus acceptat ejusmodi vel juramentum in ordine ad hominem , in utilitatem fit ; quare si ipsius hominis voluntatis factum sit, etiam voluntati Dei, & obligatione Deum satisfactum censetur. Non improbarer, & in conscientia tutum censem Tamb. l. 3. §. 2. *Gobat. n.49.* pulchrum resolvens casum babilius tamen , & tutis negant *Abb. Angilus Silvester, Azor, Svar.* aliisque citans Lay 9. n. 5. quia Deus talem promissionem accepta sicut facta est principaliter ad suum honorem secundariò solum ad utilitatem hujus homini deoque etsi homo non obliget & acceptet, servanda erit ; secus , si nollet acceptare.

81 Quarta conditio: *Si res in eodem statu perficerit, seu notabiliter mutata non fuerit. Ex. niens. Et c. quemadmodum de jurejurand. §. ad.* Ratio : quia jurans censetur jurare de rebus eo statu , quo sunt , dum jurat : notabilis autem mutatio quasi aliud objectum facit , ad quod præsumitur se jurantis intentio extendisse: v. sponsus cum juramento promittat matrimonium Margarethæ, si illa postea fornicetur, si in leprosy in morbum incurabilem , si in paupertatem tabilem, &c, incidat, si inveniatur non habere competentem dotem , aut , ut exemplificat Pons I. c. Si sponsa post sponsalia amittat oculos, vel sum, &c. non tenetur juramento. Item promissa gratuita, et am Jurata, revocari potest ob superientem ingratitudinem promissarii. Item cum insimico juratus pacem init, non obligatur

nodi voluntatis, si novam ille offendendi causam præbeat vel publicè proscribatur. Item jurasti donare alteri mille, si in paupertatem incidas, non teneris amplius. Jurasti nō loqui vel conservari cum tali persona, quia tibi causa certi peccati existit v.g. fornicationis; si mutantur ejus mores, ut non sit amplius ejusdem peccati periculum, non teneris amplius evitare; quia mutatio notabilis facta est. Quia rebus notabiliter mutatis, sicut non obligat promissio, ita neq; juramentum promissioni accessorium.

Denique huc spectat alia specialis conditio in 82 contractibus mutuis onerosis, & consequenter etiam juramentis additis semper subintelligenda est, si alter quoque promissis suis steterit. c. pervenit primo de jurejurand. *Quia frangenti fidem, fides frangatur eidem.* Quoad mutuas promissiones etiam disparatim, et si non per modum contractus factas, extendit Sanch. cit. v.g. Petrus mihi heri juravit donare equum gratuitò: ergo hodie juro ei donare sicolm, vel scyphum argenteum; si ille promisso suo non stet, & ego me juramento meo liberum censere possum. Denique, ut suprà innuit, juramentum fidejussoris semper includit exceptionem, ut prius principalis debitor conveniatur, & excutiatur, & juramentum non expellendi conductorum, tacitam conditionem habet: *nisi is bienio pensionem solvere intermisserit.* Communis DD. apud Sanch. latè lib. 3. c. 17. n. 14. Laym. cit. c. 9. n. 6.

Pro pleniori intellectu dictorum accipe casum. 83
Causus jurejurando promisit, se ad honorem Dei,

F

certo

certo Monasterio donaturum quingenta scuta, per
 taleros imperiales, sed postmodum promissi pa- libe
 tens, efficit per intercessionem cujusdam alteri pau
 Prælati, ut Abbas cum Conventu remittat promi- ra i
 sum, reddatque chyrographum, quo se obstrin-
 rat. Quæritur, an Cajus in conscientia sit tutus,
 securèflare possit illa condonatione? Negat
 probabilius Suar. l. 2. de jurament. c. 39. n. 8.
84.
 rationem suprà allatam. Sed certè probabilitate
 firmat Sanch. l. c. n. 7. atque in conscientia tunc
85.
 censem Tamb. l. 3. Decalogi c. 7. §. 2. Gobat
89.
 499. Ratio: quia licet juramentum principaliter
 estum sit ad honorem Dei, tamen necessarium
 buit respectum ad Monasterium, ejusq; utilitatem
 ac voluntatem: ergo si Monasterium sine vi-
 dolo juri suo cedat, cessat essentialis dependentia
 Monasterio, & consequenter cessat & ipsa obliga-
 tio ad jus divinum: certè qui ita vovit, non inten-
 se obligare Deo in casu, quo Monachi recusabu-
 donationem, aut remittent non inviti ad instantiam
 mediatam, aut immediatam promittentis. Eadem
 omnino est ratio de tali juramento. Secùs esset
 illa quingenta scuta essent Deo promissa, & Mo-
 nasterio in aliquem certum pium usum, v. g. ad ei-
 gendā Aram cultui alicujus Sancti, tunc enim Mo-
 nasterium nō posset validè remittere juramentum
 sibi non præjudiciosum: quippè, cujus remissio ca-
 deret in diminutionem cultūs illius Sancti. Secundum
 quoque esset, si jurasset Deo in honorem ejus datum
 quingentos aureos pauperibus indeterminatis,
 et si enim tunc aliqui, & multi quidem pau-
per



ra scuta, peres tibi remitterent obligationem, non essemus ideo
missi pa liber; quia hi non repræsentant moraliter alios
lam alter pauperes, qui sine dubio acceptabunt. Vide plu-
ttat prom ra in hanc rem apud Sanch. c. s. l. 3. c. 20.

S E C T I O III.

Juramenti liciti conditiones.

S U M M A R I U M.

- 84. Licit a sunt juramenta debito modo facta;
- 86. Christus solum prohibuit juramentum sine rationabili causa factum.
- 89. Juramenti liciti conditiones sunt I. ut fiat in veritate. II. in justitia, & III. in judicio. Et in his conditionibus
- 93. Est actus virtutis Religionis.
- 94. Usque ad n. 97. Quae veritas & certitudo requiratur in juramentis, tam ex parte rei juratae, quam ex parte jurantis:
- 97. Præsertim cum quis jurat de facto alterius; aut
- 98. Indicis facti ejus;
- 99. Tres propositiones damnatae circa usum amphibologiae.
- 100. Usq; ad 104. Amphibologia triplex species, seu gradus.
- 104. Amphibologia prima, & secunda species semper vera & sine mendacio esse assertur, & probatur usque ad 107. ideoque
- 107. Juramentum taliter amphibologicum non est perjurium.
- 108. Illicitum tamen, nisi justa & rationabilis causa subsit.
- 110. Tertia species vel gradus amphibologiae semper est cum mendacio ideoque & juramentum additum semper est perjurium.
- 112. Et in hoc tertio sensu intelligenda sunt propositiones damnatae.
- 113. Juridice & legitime interrogatus in judicio amphibologice jurans, probabilius semper peccat mortaliter; tamen
- 115. Adhuc probabiliter in causis saltem capitalibus citra morta-

92 Tratt. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

mortale saltem, uti licet amphibologia prima, sc
cundae speciei, pariter

117. Quoties quis illegitimè interrogatus, intrabel Thro:
Judicium graviter urgetur ad jurandum, uti p[er] est pe
amphibologia prima, sc[ilicet] secundae speciei.

118. Quando censetur quis illegitimè interrogari, &
geri;

120. Usque ad n. 125. resolvuntur variis casus.

ASSERTIO VI.

Ilicita sunt juramenta debito modo facta,
vatis nimirūm conditionibus ipso Juri
vino requisitis: in veritate, & justitia, & jura
cio. Ita omnes Orthodoxi.

S. I.

Licitasunt Juramenta &c.

84 **S**ic loquitur ipsa S. Scriptura variis locis: De
ut 6. illi soli servies, & per Nomen illius jurab[us]
Jeremiæ 4. & jurabis: vivit Dominus in veritate
& judicio, & justitia. Ps. 62. Laudabuntur omnes
qui jurant in eo &c. In novo Testamento pa-
juravit Apostolus, ad Rom. 1. Testis est mihi Deo
cui servio in spiritu meo. 2. Corinth. 1. Testem
voco Deum in animam meam &c. Gal. 1. Qua-
zem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mu-
tior. Quin ipse Christus in Evangelio saepissime
dicta sua confirmavit geminato verbo: Amen:
men: quod ore Hæbreorum affectum jurantis,
sub juramento aliquid affirmantis exprimit.

Nec obstant seria verba Christi Matth. 5. A
distes, quia diculum est antiquis, non pejurabis, u-
des autem Domino juramentatus. Ego autem de
vobis, non jurare omnino, neque per cælum, quod

aut n
quod
Salva
auter
lum.
jura
non;

R
res v
I.
omni
pè ne
risæ
per i
rent
creat
jura
fus
Alt
sunt
& in
jura
II.
jura
sed t
cauf
gust
Thi

Sect. III. Juramentiliciti conditiones. 93

Thronus Dei est : neque per terram, quia scabellum
m, uti p est pedum ejus : neque per Jerosolymam, quia civi-
tas est magni Regis ; neque per caput tuum jura-
ogari, veris, quia non potes unum capillum album facere,
aut nigrum : sit autem sermo vester : est, est, non, non ;
quod autem, his abundantius est, à malo est. Sic
Salvator. Cui consonat Jacob. c. 5. Ante omnia
autem fratres mei, nolite jurare, neque per ca-
lum, neque per terram, neque aliud quodcunque
juramentum : sit autem sermo vester : est, est, non,
non ; ut non sub iudicio decidatis.

Respondent, & explicant SS. PP. & Exposito-
res varii :

I. Christus Dominus præcipiens *non jurare*⁸⁵, omnino, id est, nullo jurandi modo, vel forma nem-
pè neq; per cælum &c. In primis perstringit Pha-
risæos: qui se jurare non arbitrabantur, si per cælū
per terram, per templum, per Jerosolymam jura-
rent, ostendens eos, qui per ejusmodi nobiles Dei
creaturas jurant, etiam respectivè, & consequenter
jurare per ipsum Deum Creatorem illarum, ut rur-
sus exemplificat Math. 23. dicens : *qui jurat in*
Altari, jurat in eo, & in omnibus, que super illud
sunt: & quicunque juravit in templo, jurat in illo,
& in eo, qui habitat in ipso: & qui jurat in celo,
jurat in Throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

II. Non simpliciter prohibuit Christus, omne⁸⁶
juramentum justum & bene circumstantionatum,
sed tantum juramentum absque omni rationabili
causa necessitatis, vel utilitatis factum. Ita D. Au-
gustin. Epist. 89. & l. I. de serm. Domini in mon-

94 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. I.

rec. 17. D. Bern. serm. 65. in Cant. D. Thom
89. a. 2. Innocent. III. in c. Etsi Christus. & co
munis DD. Ratio, quia absque iusta, & rational
causa frustra, & levi de causa divinum Nomen
testimonium assumere, magnam divini Nomini
irreverentiam, & abusum sacri juramenti continet.
Dein quia frequenter, & sine causa jurando in pe
jurii peccati periculum quasi infallibiliter inci
mus, juxta illud Eccl. 23. *Jurationi non assue
stum, multi enim casus in illa. Nominatio vi
Dei non sit assidua in ore tuo: & Nominibus Su
orum non admiscearis.* Quoniā m̄ non eris imm
nis ab eis. Sic omnis jurans, & nominans in tom
peccato non purgabitur. Hæc ille, Lege D. Aug
stin, serm. 30. de verb. Apost. de hoc latè & op
mē diiferentem, ubi concludit: *Duo sunt q
damnabo nunquam; veram jurationem, & nullā
jurationem; damno autem falsam jurationem
falsa juratio exitiosa est, vera juratio periculosa
est, nulla juratio secura est:*

87 III. Voluit Christus Christianos maximè elon
gari à perjurio & insuper ad simplicitatis humani
primævam sinceritatem reducere, significans
melius omnino esse, si nullum juramentum fieret
aut nullo juramento opus esset: quandoquid
jurandi usus solum ex naturæ nostræ infirmitate, al
que ad mentiendum, & fallendum promptitudine
per peccatum inducta originem traxit; cum ex un
parte homines sæpè fallant, & hinc ex altera part
homines difficulter dictis credant: ideoq; confi
matione juramenti opus sit. Quodsi autem inter
homines

Sect. III. Juramenti liciti conditiones. 95

homines, uti deberet, & veritatis simplicitas in dicendo, & fidei synceritas in credendo constaret, nullo omnino juramento opus esset, sed simplex affirmatio ejus, quod est, & simplex negatio ejus, quod non est, sufficeret. Et hoc voluit Christus consulere dicendo: *Hoc autem sermo vester: est, est: non, non: quod his abundantius est:* (id est, quod amplius in confirmationem dicti jurando additur) à malo est. Nota: non dixit Christus: malum est, sed à malo est, scilicet à malo jurantis ob defectum veritatis; vel à malo non creditis ob defectum fidei synceritatis.

IV. Addit Theophilactus hīc in c. 4. Matr. 88
Christum Discipulos suos hortari voluisse, ut vitā suam ita constituant, ut eorum simplici assertioni est, est: non, non: non minus credatur, quam aliorum juramentis; nā nulli minus creditur, quam ei, qui frequenter jurat: econtrā ei facile fides habetur, qui bonā vita prædictus, semper verum dicere, & nunquam jurare consuevit. Quamobrem etiam D. Basil. in Psalm. 4. dicit: *Turpe sane omnino, & stultum est se ipsum accusare, ut indignum fide, & firmitatem ex juramentis adferre.*

§. II.

In veritate, & justitia, & iudicio.

Juramenti liciti conditiones ipso jure divino cit. 89
J. c. 4. Jeremiæ, sunt tres. *Jurabis: vivit Dominus in Veritate, & Justitia, & Iudicio.* Ubi D. Hieron. c. 4. advertendum est, quod *Juramentum, hos habeat comites, Veritatem, Justitiam, & Iudicium.*

I. Ve-

96 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

90 I. Veritas juramenti in eo consistit, ut veritate juramenti divini Numinis, & Nominis testimonium adducatur in confirmationem falsi, aut mendacis. Adeoque in veritate jurat, qui in juramento auctorito rem, quam certò scit vel omnino credit se veram, veram affirmat, vel similiter falso agat. In juramento autem promissorio, nunc in praesenti habet veram voluntatem, & propositum adimplendi, quod promittit, & credit et in futuro se adimpleturum: hic enim duplex veritas, & de praesenti implendi voluntate, & futura adimplectione promissi. Ut latius perbit infrà de perjuriis.

91 II. Justitia seu aequitas juramenti consistit hoc, ut justissimi, & sanctissimi Numinis, & Nominis divini testimonium non adducatur in confirmationem dicti, vel facti injusti, iniqui & caminosi: adeoque jurare in justitia dicitur, rem licitam, justam & honestam jurat. Si eni jures, ac promittas rem injustam, ac prohibita sicut non licet tibi illam implere ita injuste, impiè censeris jurare, cum juramentum non sit culum iniquitatis.

92 III. Judicium, seu discretio juramenti consistit, ut divini Numinis, & Nominis testimonium non adducatur temerè & irreverenter, sine iusta causa & reverentia: adeoque jurare in judicio dicitur, qui non nisi cum prudenti intellectus consideratione, juxta regulas Christianae Prudentiae, ac cum pia & reverenti voluntate, affectione, non sine necessitate, vel magna ueritate, jure ac iustitia.

ut vere jurat, utpotè cùm alicujus dicti, vel promissi
eritas alis non manifesta, vel dubia est, quam
amen certam habere, & exploratam esse, publicè
el privatim multum interest. De quo eleganter
D. Aug. cit. serm. 28. de verb. Apost. c. 9. Quan-
um ad me attinet, juro: sed quantum mihi vide-
ur, magna necessitate compulsus, cùm video mihi
non credi, nisi faciam; & ei, qui mihi non credit,
non expedire, quod non credit: hac per pensa ratio-
ne, & consideratione librata, cùm magno timore di-
ximus: coram Deo; aut: testis est mihi Deus; aut: scit
Christus, sic esse in animo meo &c. Sed tamen atiud
iabet humana pessima consuetudo, & cùm tibi cre-
titur juras, & cùm nemo exigit, juras, & horrentia-
ns hominibus juras, non taces jurando; vix es sa-
ns non pejurando. Hæc S. Doctor. His condi-
tionibus positis.

IV. Juramentum licitum est, & actus bonus vir-93
utis Religionis, Dedebitum cultum, & reveren-
tiam exhibentis; pertinet enim ad cultum, & vene-
rationem Dei, ejus primævam infallibilem veri-
tatem agnoscere, prædicare, protestari, quod ma-
kimè fit juramento, ejus testimonium in confirmationem
veritatis invocando, ac allegando cum cer-
tis, & debitibus conditionibus. Unde nota, jura-
mentum esse actum virtutis Religionis: & insuper
ub præcepto secundo Decalogi: non assumes &c.
olüm quantum ad modum conditionatum actus:
ipote si jurandum sit, fiat debito modo, in veri-
tate, justitia, & judicio, scilicet ratione, infallibi-
ter ac reverenter; at vero juramentum quoad ex-
THEOL. MORAL. PARS III. G ercitum

ercitum actus, quod nimis hinc & nunc non nondum sit absolute, non est sub precepto Religio secunda nec unquam ulla per se obligatio, sed solum dilectio, & esse sub virtute, & precepto, aut Charitatis orare. nimis gravis necessitas, aut utilitas propria urat si proximi exigat, aut justitiae, ut si Magistratus interfuerit juramentum. Harum autem trium conditionibus annuit, aut altera, vel omnibus deficientibus, non solum perjurium, aut saltem juramentum illicitum annuit, quibus mox sect. seq.

§. III.

II. I.

Veritas, & certitudo requisita in juramento

94 *In* juramento assertorio non tam requiritur moralitas objectiva, scilicet conformitas dicti ad dubitatum, prout opponitur falsitati, quam veritas sufficiens, nimis conformitas dicti ad mentem jurantem, prout excludit mendacium. Contingendum sapere rem juratam non ita se habere, sicutur, attamen ita se habere in mente & opinione. Quia, uero credulitate jurantis: quo jam absque perjurii potius juramentum licitum manet. Solum hic quae Verum quænam veritatis certitudo requiratur ad moraliter juramentum assertorium. Dico ergo brevi requiri

95 I. Ex parte rei juratae veritas sufficiens ad*ri*, cum mentum licitum habetur, si res secundum mode facta & sensum humanum sumpta ita se habet, sicutur v. g. iuras hodie laute comedisse, Petrum otitiarum iracundum, Joannem Sacerdotem quotidie certa & te &c. non est opus ad veritatem juramenti, ut Testes vivium fuerit lautissimum, ut Petrus quovadibilis, mento irascatur, ut Sacerdos integro mense, viamento

nunc non nunquam omittat Sacrum, sed sufficit convivium Religie secundum patriæ morem fuisse laatum, Petrum famolum habere, & sèpè irasci, Sacerdotem quasi quotidie celeritatis orare. Non ergò condemnandus est Parochus, qui propriatur suum Sacellum per totum annum Ecclesiae tratus interfuisse, primam missam celebrasse, Concionem conditio abuississe &c. etiamsi aliquoties intermisericordia; quia us, mbarum pro nihilo reputatur, & humano sensu tollit annus estimatur, etiamsi modicum quid absuerit. Vide Tamb. cit. l. 3. Decalog. c. 2. §. 1.

II. Ex parte jurantis, ut quis licite juret, nec per-
96 ramenturus sit, certissimum est, cum debere esse certum
quiritur moraliter de veritate rei, quam jurat. Quare qui
liceti ad dubitat, vel non adhibita ad veritatem indagandam
in veritatis sufficienti diligentia, tamen rem talem, ut certam
mentetur, omnino censetur jurare falsum, practice lo-
Contingendo, peccato mortali perjurii: secundum om-
e, sicunes. Etiamsi alioquin res speculativè vera eslet.
opinio Quia, ut n initio dixi, attenditur hic conformitas
perjurii potius ad mentem jurantis, quam ad rem juratam.
sic quam Verum difficile explicatu est, qualis debeat esse illa
ad moralis certitudo? Omnes consentiunt, majorem
brevi requiri certitudinem, & plerumque evidentiam fa-
ens ad hanc, cum quis jurat de facto proprio, quam si jurec-
tum mode facto alterius. Dico igitur
et, sicut III. Cum quis jurat de facto alterius, de quo certa
Petrus notitia haberi possit, & inquiritur, requiritur notitia
tidie certa &c. experimentalis, qualis habetur per visum.
mentum. Testes causa 9. Non ergo sufficit sola opinio pro-
quoviaabilis, vel fides, seu credulitas ex auditu ad tale ju-
rare, sacramentum, etiamsi sufficeret ad simplicem assertio-

G 2

nem:

nem: v. g. Probabile est, Sacerdotem Religionis habue
 lias solitum celebrare quotidiè tali horâ, etiam illi po
 manè eâ horâ celebrâsse; possum quidem sine peccâtu
 mendacii prudenter judicare, ac affirmare, debito
 hoc mane, seu horâ Sacrificium obtulisse, legale
 possum id ipsum jurare. *Ratio est:* quia ad pruillius t
 ter agendum, loquendum &c. satis est certitudinem
 quam humana prudentia requirere solet; adj. IV.
 dum verò requiritur ea certitudo, quæ digna certa
 verenti invocatione Dei in testem, quod aliquis. Eti, i
 exigit, quam probabilitatem quamlibet. Qdum ei
 accedat dictum alicujus viri fide digni, qui v. d'itu. fa
 hi testetur, illum Sacerdotem hodie manè celsus, co
 se, possem quidem jurare extra Judicium, quod Judice
 testimonium facit rem moraliter, & suo modex visu
 tam; at nondum possem jurare id ipsum in J. auditu
 ex solo auditu cujuscunq; etiam fide dignissimam fure o
 ri, quia in Judiciis non petitur fides ex auditu
 certa scientia: hæc enim, non illa, facit semipro
 probationem. Audi casum: *Quidam pro certo*
to aliquot centum aureorum à debitore nego
gat duos amicos fidissimos, ut sibi de illo cedent
pud Judicē testentur, & testati sunt cum juram
debito postea facile impetrato. Licitēne juratu
solam fidem certissimā habitam fide dignissimam
creditori? R. Minimè; sed perjurâsse: quia ut di
est, in Judicio non petitur, an quis aliquid no
quacunque certitudine morali, sed certitudine
propriâ, qualis habetur ex visu: idque ad bonum
bicum, cui ex Justitia legali cedere debet qua
particularis utilitas: at qui illam certitudinem ha



Religio habuerunt illi testes; ergo &c. At tenebanturne
ā, etiam illi postea ad restitutionem? R. Minimè, quia non
em sine peccârunt contra Justitiam commutativam, cùm
firmare debitum reip̄a verum fuerit, sed contra Justitiam
liſſe, alegalem foro, bonōque publico debitam peccavete:
ia ad prūilius tantum, & non hujus violatio inducit obliga-
t̄ certitudinem restitu- ionis.

et; adj. IV. Quāndo non de ipso factō, de quo nimirūm 98
digna certa notitia haberī nequit, sed solū de indiciis
aliquis. Eti, infamatiōne personæ, vitæ, famæ &c. juran-
et. Qdum est, sufficit notitia certa moraliter, etiam ex au-
qui vñctu fama, relatione aliorum, indiciis antecedenti-
anē cēbus, consequentibus, & similibus. In his enim à
m, quādūcēre non intendit̄, nec potest intendi scientia
o modex visu: ergo debet sufficere certitudo moralis ex
m in Jauditu, vel opinione probabili, ut infrā iterum de
ignissimū fure occulto ostendam.

§. IV.

Juramentum amphibologicum.

Hic candidē fateor bone Lector, libentiūs om- 99
nino sisterem, aut tecum bonum saltum face-
rein, si sequi velles, hanc materiam (esto in praxi
frequēt̄, & scitu necessariam) totam transilien-
do, quām periculosē per particularia incedendo:
terret enim novissimum fulmen, quō S. D. N. IN-
NOCENTIUS Papa XI. inter alias propositiones
prohibuit, & damnavit etiam has tres sequentes,
amphibologiæ usum admittentes.

Prima, quæ inter alias damnatas est 26. dicit: *Si*
quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive

102 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. I.

propria sponte, sive recreationis causa, sive qm Crisi
alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod reveres, &
cit, in re higendo intra se aliquid aliud, quod positum
est, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel qm & sen-
aliud additum verum, revera non mentitur, terpre-
perjurus.

Secunda, quæ est 27. dicit: *cansa justam*
bis amphibologis est, quoties id necessarium,
utile est ad salutem corporis, honorem, res fa-
res tuendas, vel ad quemlibet alium un-
aëtum, ita ut veritatis occultatio censeatur
expedens, & studiosa.

Tertia, quæ est 28. dicit: qui mediante
mendatione, vel munere ad Magistratum, quan-
tum publicum promotus est, poterit cum restri-
ctione mentali prestare juramentum, quod de ma-
Regis a similibus solet exigi, non habito respe-
ntionem exigentis, quia non tenetur fati-
men occultum.

100 Hæc, inquam, terrent; quia licet excommu-
cationis poena imposta affirmantibus tanquam
tos casus nominatos in dictis propositionibus
natis, non sit extendenda ad casus non nomi-
quia odia non sunt amplianda, prout jura clau-
tamen casus nominati se habent, ut exemplum
monstrans, non licere alios casus similes quo-
rum animæ, unde dici solet, quod exempla non
claudant similia. *hactenus, insitunt. de grauitate*

Nihilominus in re maximè practica, & Con-
sariis scitu summè necessaria (Salvâ reverentia
Sedis) audeo tibi, quod audet Joan. de Carden-

sive qm̄ Crisi Theol. hic Dissert. 19. & laii moderni Docto-
res, & Professores, præfatas, & alias damnatas pro-
positiones, prout jacent, nimis laxas explicantes,
vel qm̄ & sensum, ac mentem Summorum Pontificum in-
terpretantes. Quoad præsens ergo prænotandum.

Amphibologiam tripliciter fieri, vel sumi pos- 101
se. I. Cum æquivocatione in verbis ex ipsa in-
stitutione, & usurpatione sua æquivocis, ac diver-
sum sensum generare aptis, usurpando illa in signi-
ficatione rariori, ac ab audientibus minimè intentas;
ut si jures te non occidisse gallum, intelligendo *gal-*
linacium, cùm tamen esset quæstio de homine gal-
lo, seu nato in Gallia: aut vulgari lusu, si jures, te
millies vidisse Cæsarem, intelligendo, *non ipsum*
Cæsarem, sed ejus *statuam vel imaginem*. Sive,
quando verba habent duplēm, vel multiplem
significationem externam ab ipsis verbis importa-
tam, unde secundūm unam significationem pro-
feruntur à loquente, sed secundūm aliam intelligun-
tur ab audiente, qui tamen posset etiam illa intelli-
gere in ea significatione, secundum quam loquens
illa dicit.

II. Alio modo verba sunt ambigua, scilicet ex 102
circumstantiis, quatenus verbum unam tantū signi-
ficationem falsam importat, veram tamen ex cir-
cumstantia. Ut si jam hīc & nunc Patrem tuum
indagans, dicam tibi: *ubi est?* *vidistine Patrem*
tuum? tu respondeas: *non vidi*, & hanc respon-
sionem firmes juramento. In tali casu verba: *non*
vidi; sunt falsa in se: nam, ut supponitur, qua-

104. Tract. III. I. II. Precept. Decal. Cap. I.

tidie vidisti Patrem tuum : nihilominus in illa veritate
cumstantia sunt vera illa tua verba : non vidi, um se
quero, an cum videris visione valente hic & dum
mihi demonstrare, ubi reperiatur Pater; super n
eum hic & nunc tali visione non vidisti, propropter
illa circumstantia interrogaris, tua responsiōtiis, se
vidi, est vera ratione circumstantiae, licet verstringa
se absolute essent falsa: esto enim verba ex non va
determinata ad unum tantum sensum: ex modo non un
men loquentis, vel interrogantis, vel ex adjūtō, su
circumstantiis determinantur ad faciendum a modo
sensum: ubi verba sic solum vera propter circūstātē,
stantias, illam suam veritatem important ex iuxta l
in seipsis, ideoque hæc veritas intelligi potest, q
audiente, ad quem secundum importatam vīceptum
tem verba vadunt. Hæc autem veritas ob circumstantias
